PVRPVRA VATICANA,

SIVE

IOANNIS DELPHINI

PATRIARCHÆ AQVILEIÆ, & S. R. E. CARDINALIS

ELOGIVM

AVCTORE

IOANNE BAPTISTA NIGRONIO DE AMPVGNANO CORSO,

Et ab Eodem

FRANCISCO LEONI

COMITI, ET ABBATI, &c.

Nuncupatum.



Vtini, Ex Typographia Nicolai Schiratti. MDCLXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.





Illustriss. ac Reuerendiss. D.

D. FRANCISCO LEONI

Ex Comitibus Sanguineti

PATRITIO VENETO,

Abbati, & Canonico Patauino

IOANNES BAPTISTA NIGRONIVS FEL.



Vrpuram Vaticanam IOANNI DELPHINO optimi quique homines cupierunt, tu flagrantius cæteris, Abbas Illustrissime, qui & Cardinalem cum eius tota domo apprimè amas, & cum eadem mensura redamaris. Tua vota nemo fortasse locupletiùs testari potest, quàm ego, qui vndecenni tuarum literarum consuetudine vsus abundè doceri potui quid optaueris. Cupidita-

tis magnitudinem æquauit gaudium, nec fortasſe aliam tibi ſortem effuſiore lætitia gratulatus es vnquam, nec apertiore argumento commendaſti. Id tamen mirabitur nemo, qui ſciat annum te ſupra quinquageſimum NICOLAI DELPHINI Senatoris Ampliſſimi familiaritate fruitum eſſe, qui te tamen non amicum, non continuum, nec familiarem, ſed ſuauiore vocabulo, & arctioris neceſſitudinis indice fratrem appellat. Genitoris amor cum cæteris virtutibus in ſobolem tranſijt, tantique te Cardinali Delphino, & eius fratribus eſſe conſtat, quanti neminem alium extra Venetias. Tibi ergo nuncupādum erat hoc opuſculum, quod amici Principis laudes complectitur, ſtylo ſanè rei magnitudinem non æquante: ſed quo grandiorem humilitas ingenij, accuratiorem anguſtia temporis in cęteris rebus occupatiſſimo denegarunt. Verùm alia fuit, nec minoris fortaſſe momenti ratio, cur id elogium tuo foret nomine inſigniendum, nimirum quod ab homine ſcriptum ſit, qui ad id temporis ſe mortalium nemini æquè, ac tibi debere profitetur diſertè, & quamdiù per vſum vocis licuerit, profitebitur. Paucos dies Patauij fueram, cum tibi per amicorum com-

men-

mendationem agnitus cępi beneficijs excipi, quanta vetus clientela non ſpopondiſſet, eaque liberalitate, quam multi laudent, imitentur nulli. Eo meæ loco res erant, vt vix deterius quod à fortuna metuerem ſupereſſet, nec aliunde ſalus, quàm à deſperatione ſalutis petenda videretur. Semeſtre hoſpitium, & id ſplendidiſſimum fortunæ verecundiam induit, quam pœniteret in hominem inuehi, quem tanta beneficentia dignum pronunciares. Profectus Venetias tua quidem domo, ſed non beneficijs carui, quæ ſi defuerant, calamitas anteactis longè grauior excepiſſet. Inuitabat me in familiã magni Principis vir mihi apprimè carus, & omnium, quos Romæ reliquiſſem, amiciſſimus; ſpecioſa, omnia proponebantur, munus in aula literato homine dignum, merces non infrà muneris dignitatem, nec quidquam erat, quod à ſeruitute tam ſplendida remoueret. Tibi per literas, quæ vltro, citroque ferè quotidianæ inter nos erant, rem totam aperui, nihil veritus, vt quod amicus ſuaderet, idem probares. Tu verò ad meam ſoſpitatem natus conſtanti dehortatione, quæ propior imperio videretur, obeundi ſeruitij conſilium euulſiſti; quamob-

rem ego & monito obſequens, & loco ominis capiens oblatam vltrò conditionem reſpui, quam videbar cum omni induſtria curaturus. Propediem amicus infelix, nec meis, quamdiù vixero, lacrymis cariturus, ſuis natalibus, ſuis indignum moribus, proditus ab amicis, & nihil tale meritus, ferale fatum in eadẽ familia obijt; quale ipſa crudelitas exeretur, nec ego periculi exors futurus eram, ſi eius potius hortamentis; imo & precibus, quam tuis conſilijs, ac monitis paruiſſem. An, ſi tibi me debere vitam profitear, vſurpare dicar vocabula imaginariæ ſeruitutis, eaque deſcendere in officia, quibus in humanis commercijs ab humanitate, ſiue malimus, ab aſſentatione factus eſt locus? Taceo alia beneficia, quæ præ iſtis ſaltem leuia videantur. Te ſequeſtre IOANNI DELPHINO, cui nunc Purpuram gratulamur, Aquileiæ tunc electo ſum cognitus; Proceribus conciliatus, quos plurimi faciendos nemo inficias eat, præſertim verò Ioſeph Perſico, & Antonio Pauluccio vtriq; Abbati, & Canonico Patauino; vtrique in Republica literaria Præſtantiſſimo Senatori, propterea mihi, cui ſolæ in pretio, ſicut, & in cenſu literæ, plurimi æſtimando. Cumulant

bene-

beneficentiam tuæ conditionis ſublimitas, humilitas meæ; Te generis ſplendor, animi decora, auctoritas maxima, familiæ amplitudo, quam Patritiatus Venetus ampliorē fecit, aliaque innumera efferunt, quæ ſummis quoque Principibus amicitiam tuam expetendam proponunt. Opuſculum ergo & iure amicitiæ, & ſeruitutis titulo debitum, vt ſpero, grataberis. IOANNIS DELPHINI laudes ad te ex amicitia ſpectant; mea qualiſcunque in ijs exarandis induſtria tua cenſeri debet, quia eius, quem tuis meritis feciſti omninò tuum. Vale.



Qui-

Quibus artibus quæsita


SIT PVRPVRA VATICANA.

PANEGYRICVS

IOANNI DELPHINO

S. R. E. Cardinali

Dictus.



Andem auspicatissimus dies, & nostris omnium votis sollicitatus illuxit, qui IOANNEM DELPHINVM in sacro Purpuratorum Principum ordine collocauit. Aduenit tandem nuncius iucundissimus Aquileiæ Patriarcham in illud humanæ dignitatis fastigium euectum esse, vnde è loco satis idoneo suarum virtutum amplitudinem vniuersis mortalibus aperiret. Tibi tandem Vaticanam Purpuram, Cardinalis amplissime, gratulamur, quam sumus diutiùs sollicitè augurati, nunquam oppidò quieturi, quamdiù fidem augurio euentus non impetraret. De fortuna tandem queri desinimus, quæ nostris non modò querelis premebatur, sed conuitijs etiam vapulabat, cum nunc virtuti deseruiens, cui credebatur infesta, collatis cum ea viribus nostrum Antistitem in illam honoris sedem extulerit, vnde infra se quidquid honorum è terra suppeditet, positum esse conspiciat. Commendauit, si vnquam aliàs prudentiam suam ALEXANDER Pontifex Maximus, cum in Purpuratorum cætum illum

ho-

hominem cooptauit, ſine quo Purpura ipſa minus conſpicua, & pene decolor credebatur; ſuoque Senatui, in quo Senatores ſinguli Reges ſunt, Principem addidit, quem, ſi libera dentur ſuffragia, Vrbes ſibi Præfectum eligerent, Prouinciæ Præſidem, Reſpublicæ Dictatorem, Regna Regem, Imperia Cæſarem, totus propemodum terrarum Orbis Moderatorem. Suus aliquando Aquileienſi Infulæ reſtitutus eſt decor; quandoquidem in IOANNE DELPHINO locum proximè Pontificem Summum obtinuit, quemadmodum antiquitus Aquileienſis Antiſtes ſecundum ab eodem ſacrorum Principe, Chriſtique Vicario gradum diutiùs poſſediſſet. Quid in tanto non Vtini modò, ſed plerarumque huius Imperij, nec non totius Italiæ Vrbium plauſu faciendum eſt mihi? An ſileam? Et mea ipſius, & aliorum lætitia ſilentium damnat. An orationem inſtituam? Rei magnitudo oratorem repoſcit, qualem Athenæ olim, vel Roma pepererat; facundiæ meæ tenuitatem non recipit. Veſtrum, Vtinenſes Proceres, exemplum ſequar, qui nullum hilaritatis argumentum prætereuntes, fiſtularum igneis vocibus iucunditatem animi veſtri perſonuiſtis, flammis collucentibus aperuiſtis, decurſione equeſtri, haſtiludijs, modisque alijs innumeris confirmaſtis? At homini Muſarum ſacris iamdiu mancipato huiuſmodi perſtrepentis lætitiæ argumenta non conceduntur. Scilicet anceps prouincia; tacere non licet, loquendi vires non ſuppetunt; alterutri impar ſum; vtrumque natura rerum ipſa non patitur; quippe pugnantia ſunt oratio, & ſilentium, neque vis vlla conciliat. Cum alterutrum ſit eligendum, orationem anteponam, & quoquo dabitur modo, quibus Purpura, quam noſtro Principi gratulamur, quæſita ſit artibus, paucis expediam.

Purpuratorum Senatui, quem Eccleſia ad ſuæ magni-

tudinis faſtigium euecta Cælo afflante, imo & præcipiente conſtituit, imaginem quamdam in teſtamento veteri præluſiſſe auctores ſunt nequaquam ex triuio, qui doctè, atque eruditè confirment. Nempè ij Seniores ſeptuaginta, quibus ſolis apud Hebræos arcana Cæli recludebantur, & conſiliarios mirabiles Origenes nuncupat, locum eum habuere, quem id temporis ſeptuaginta Purpuratis Eccleſia, quique Eccleſiæ moderator eſt Deus, demandauit. Summa erat eorum auctoritas, quibus in ipſos Reges, ſiquando neceſſitas poſceret, animaduertendi ius eſſet; at longe maiorem Cardinales adepti ſunt, qui proximam à Chriſti Vicario dignitatem nacti ſacrarum rerum regimini præficiuntur, quæque ille ad gubernandos Chriſti Fideles molitur, conſilio, & opera promouent. Per eos Vicarium ſibi eligit Chriſtus in terris; eorum ſuffragia Diuini Spiritus locutio ſunt; ſi quando verò non idoneus summo regimini Pontifex haberetur (quod nunquam contigit) eorum intereſſet alteri Petri nauim gubernandam committere. Henricus Gallorum Rex Quartus nomine, primus virtute, magni cognomentum non ab aulicorum aſſentatione, ſed à rebus ſtrenuè, feliciterque geſtis conſecutus plurimum ad ſummi ſacrarum rerum Principis magnitudinem, ac maieſtatem conferre non ſemel prædicaſſe fertur, quòd Reges ipſe plures, & eodem, ſi vellet die, inauguraret, ſuos nempe Purpuratos, qui Regibus ipſis gradu non impares ſolius regni amplitudine vincerentur. Inde illud eſt, vt Purpuram votis omnibus appetant, quibus ad illam aſſequendam aditus à familia, ab opibus, à literis, vel etiam à fortuna recludi videatur; eò ſpectent multorum cupiditates, qui curas ſuas rebus ſacris affixerint; eò Præſulum, Antiſtitumque in obeundis Legationibus, in adminiſtrandis Prouincijs labores collineent;

ea

ea sit suprema votorum omnium meta, quam qui contingant, felicitatis adoptione donati vulgò putentur. Rem loquor nimis apertam; quamobrem frustra orationem, ac tempus tererem, si in eius confirmatione diutiùs immorarer. Prætereundum non puto Principes viros, quos nimirum nascendi conditio cæteris mortalibus anteposuit, ad sacram Purpuram summis conatibus niti. eam nos in gemino Vladislai Poloniæ Regis fratre, quorum alter nunc regnat; in Mauritio Sabaudo, in Francisco Maria Farnesio, in Carolo Mediceo, eiusdemque ex fratre nepote æuo nostro venerati sumus; quodque multo pluris ad testandam eius honestatem interesse arbitror, Ferdinandum Austriacum Philippi Hispaniarum Regis huius nominis vltimi germanum fratrem in Cardinalium Senatu ætas nostra suspexit; cui Philippus Pater hanc à Paulo V. dignitatem impetrauit, ratus summæ inter omnes mortales nobilitati, amplissimo supra omnem opinionem imperio, opibus humana fide maioribus non modicum ornamentum ab ipsa Purpura accessurum. Superstes adhuc est Reginaldus Cardinalis Atestinus conditione Princeps, animo certè non infrà Reges, & nulli hominum impar. Vt taceam superioris sæculi non paucos Gonzagas inter Italiæ Principes maximi habitos; plures Borbonios Gallorum Regibus cognatione innexos, & prærogatiua sanguinis Regno pares; Alphonsum Lusitanum Sebastiani Regis Patruum, in cuius locum suffectus est Pontificis indulgentia, qui ad sedanda Regni dissidia, & amplissimæ familiæ quærenda sobolis fulcimenta homini, quamuis Sacris Ordinibus initiato, coniugij copiam fecit, irritis licet votis, & sperato successu fraudatis. Albertus quoque Maximiliani Cæsaris filius antequam Elisabethæ Philippi Secundi Regis Hispaniarum nuptias adeptus dotale Bel-

gium regeret, Purpuram Vaticanam induerat; argumentum sanè ingens maximam esse huius Purpuræ dignitatem, quam ipsi Regum, & Cæsarum filij, fratresque concupiscant, rati hac via abundè suppleri, quod natura negauerit, & Regnum à Romana liberalitate impetrari, quod fortuna nascendi vocatis posteriore loco ad vitam inuiderit. Fuerat initio huius sæculi Purpuratorum Senatui additus IOANNES DELPHINVS, quem nihil tale opinantem Clemens VIII. Vicentina Infula paulò ante insignitum, in eo dignitatis fastigio collocauit, supra quod ipse vnus excelleret. Nempe cum eum apud se Oratorem pro Patria Republica diù, impensèque probasset, arbitratus est non leue momentum Sacræ Reipublicæ felicitati eum hominem futurum esse, quem Hispaniæ, Galliæque Legationes immodicè commendauerant, vtrobique de Religione orthodoxa non minus, quàm de Patria optimè meritum. Pollicebantur strenuissimam in rebus sacris IOANNIS DELPHINI operam, quæ is in peractis Legationibus apud summos Principes præstitisset; in Hispania enim religiosissimi æque, ac sapientissimi Regis consilia fouerat debaccantis per Belgium hæresis pro viribus extirpandæ; in Gallia auctor fuerat perduellium Regis, atque Ecclesiæ contumaciam gliscentem in dies singulos comprimendi; vbique in eam sanctitatem propugnandam incubuerat, qua diruta, vel etiam labefactata, nihil est reliquum, quod homini non planè perdito sit sperandū. Nec opinionem Clementis fefellit IOANNES, qui & Regum, Principumque concordiæ diligentissimè studuit, & tam in superstite, quàm apud successores Pontifices præter ea, quæ ad prosperum Comitiorum exitum egisset, quamdiù vixit, in studium Catholicæ Religionis augendæ curis nunquam consenescentibus, fatiscen-

ſcente nunquam animo in dies alacrior perdurauit. Mirum eſt,quàm cõſtans opinio mortales ferè omnes inuaſerit, Aquileiæ Patriarcham, qui Propatrui nomen, atque indolem iure veluti hæreditario poſſideret, eiuſdem etiam dignitatem, Purpuram videlicet Vaticanam, impetraturum. Siue hæc diuinatio quædam eſſet, qua interdum hominum mentes futura præſentiunt; ſiue de IOANNIS virtutibus opinio multò ante concepta, quibus deberi ſummus honor videretur, & idem omnes ſentire, & palàm, ceu rem compertiſſimam profiteri cogebat. Luctabaris cum hac tam obfirmata hominum opinione, Cardinalis Ampliſſime, qui modeſtia cæterarum virtutum cumulo addita in id vnum incumberes, vt & Purpuram, & quoslibet gradus ampliſſimos merereris; nihil deinde ſollicitus,an eadem obtineres. Sauciabantur aures tuæ, nec poteras vulnus obtegere, cum inter Purpuratos futurus propediem vbique prædicabaris; nec minus eas voces faſtidiebas, quàm alios in aſſentatores propenſos eædem oblectaſſent. Imperabas, quoad licebat, ſilentium; qui tamẽ paratos obſequijs, & opportunos imperijs vniuerſos haberes, in eo inobſequentes experiebaris, & aduerſus imperia contumaces. Tibi vniuerſim mos gerebatur; fati inſtar erat, quod cuperes; tua vota vel in pectore abdita homines rimabantur, quo tibi feſtinatior opera probaretur; id vnum erat omnium ſtudium, vt quidquid præciperes, ſedulò exequerentur. Hoc vnum fruſtra optabas, poſcebas, imperabas, ne tibi ſacram Purpuram non modò augurarentur, quod ferre poteras, ſed veluti iam comparatam vniuerſi gratularentur. Vellicabant pudorem, ruborem eliciebant, laceſſebant modeſtiam acclamantium voces, nec periculoſius certamen vnquam adiſti, & vnde minus tibi victoriam pollicereris. Meritiſſimus diceba-

cebaris; merita extenuabas. Videbaris omni dignitate sublimior? præcellentiam occultabas. Tua se virtus aperiebat; dissimulabas. Quò altiùs in opinione aliorum ascenderes, eò apud te ipsum deprimebaris. Quò viciniorem illi Purpuram indicabant, eò tu remotiorem ostendebas. Modestia oppidò singularis, & omnium admirationem promerita. Virtuti ipsi, quæ suo lumine proditur, indocilis occultari, & latebrarum non patiens, ne se confiteretur, imperabas. Auersabaris præconia, quæ alij citra flagitium taceri non posse contendebant. Obijciebas virtutis fulgoribus silentij nubem, meritorum thesaurum latebris taciturnitatis insodiebas alius à te ipso cupiebas videri, quo minor te ipso crederereris. Verum vt tua vota omnia absecundauerit fortuna, id vnum ab ea impetrare non licuit, ne tuas virtutes vulgaret. Eras in omnium oculis Christianæ probitatis exemplar, in omnium ore sacrarum legum disciplina, in omnium opinione sapientiæ humanæ fastigium, in omnium votis Princeps Ecclesiasticæ Hierarchiæ; quoque magis sanctitatis lucernam sub modio recondere nitebaris, eò altiùs super candelabrum efferebatur. Mirabantur indigenæ, exteri commendabant, noti æque, ac ignoti laudabant, cum tamen nullo tu loco non innotesceres, qui Solis instar fulgeres, & vno, eodemque momento tuæ probitatis, ac sapientiæ lumen vniuersis mortalibus aperires. ALEXANDER Pontifex Maximus ex Vaticana specula Christianum Orbem suæ curæ traditum vndequaque collustrans, in te, tua nimirum monstrante virtute, peculiarem obtutum conijciebat, miratusque ex tot, tantisque meritis nullam, quæ si meritis quæritur, laudanda est, oriri superbiam, eo te sæpe elogio prosequi cogebatur, quo dicitur Lepidum extulisse Augustus Cæsar, cùm imperio parem, sed aspernantem pronun-

nunciauit. Supplendus erat Purpuratorum Senatus, & inter illos quiſpiam ex ditione Veneta eligendus, cum in eo Reſpublica Veneta ſummis Regibus, ac Cæſari comparetur, ſicuti prærogatiuis alijs eorumdem Maieſtatem, atque amplitudinem æquat. Candidati non pauci, prenſabant omnes, ſuffragia venabantur, adhibebant ſequeſtres, nullam ne præterirentur induſtriam ſinguli præteribant. Tu verò, ac ſi aliorum tantummodo intereſſet, nec tuum, vt dici ſolet, ferrum eſſet in igne, id vnum agere videbaris, ne de te quidpiam ageretur. Deprecandus erat Pontifex; nullæ à te preces manabant. Exponenda erat virtutum ſupellex; eam in promptuario recondebas. Laborandum erat; quieſcebas. Eundum manebas. At quæ alios fugiebat, patuit tandem ALEXANDRO dignitatum aucupandarum induſtria; qui nempe rerum iudex acerrimus intelligeret illi gradus, honores, & imperia deberi; qui ſummis virtutibus præditus quæcunque vulgus miratur, aut deſpiceret, aut ſaltem non concupiſceret. Potuerat id à cognomine Macedone didiciſſe, qui Abdolonymum Phœniciæ Regno parem inuenit, cum is Regni vel vltrò delati vſque adeò ſe cupidum non oſtendit, vt ſuæ magis virtuti conſulens, quam dignitati, metueret, ne patientiam, quam paupertas, & priuata conditio commendauerat, regnum, atque opes corrumperent. Itaque cæteris candidatis tu in aliorum opinione candidatus, non tua, præhabitus es ea Pontificis aperta profeſſione, quam iuremeritò ipſi Purpuræ anteponas. Quoniam cum de te promouendo deliberaſſet, ijs colloquens, quorum conſuetudine in eruditis conuentibus fruebatur, teſtatus eſt ALEXANDER plures quidem eſſe ex Veneta Ditione, qui Vaticanam Purpuram cuperent, peterent, mererentur; ſibi tamen exploratiſſimum

eſſe,

esse, nullum ex ijs æquo animo non laturum IOANNI DELPHINO postponi. O præconium omni laudatione maius! ò voces ALEXANDRO dignas, & quibus supra omnem dignitatem DELPHINVS glorietur! quid ea verba signabant, nisi mereri quidem alios, IOANNEM DELPHINVM meritissimum esse. Virtutes in alio fulgere, quæ Purpuræ decus æquarent; in IOANNE DELPHINO, quæ vincerent. Honestamento alios pares esse, IOANNEM DELPHINVM maiorem. Sicut nullus ex animantibus terrestribus ægreferat, si Leoni post habeatur; ex volucribus, si Aquilæ, ex natantibus si DELPHINO, ita minimè ijs displiciturum, qui Purpuram cuperent, si prærogatiuam IOANNES DELPHINVS impetraret. Te veluti inter membra humani corporis caput, inter metalla aurum, inter elementa ignem, inter Planetas Solem, inter Cælos Empyreum esse compererat, proinde exploratum ait sibi nemini molestum fore, si à te sicut virtute, sic virtutis præmio vinceretur. Quibus verò artibus te probaueras ALEXANDRO, vt ab eius ore, quod cælestium oraculorum est sedes, laudationem adeò locupletem expresseris? In Vrbe, eo imperante, non nisi bimestre tempus insumpseras, trinoque duntaxat per eas angustias summi Principis colloquio frui licuit; Tuæ tamen, qua in rebus politicis, qua in speculationibus magnitudinis periculum tam grande fecit moræ illius compendium, vt quantus, & qualis esses intellexerit ALEXANDER, nec longius reposcens experimentum ea tibi destinauerit ornamenta, quæ suo tandem tempore largiretur. Auctorauit sapientiam tuam examen illud, quo ex Clementis VIII. mandato admouendi ad Infulas Præsules explorantur; vbi recens ex Toga Senatoria, sæculique negotijs in Ecclesiasticum Ordinem cooptatus

tus tantam sacrorum canonum, sacræque Theologiæ prudentiam ostendisti, quantam non alij, qui in ea disciplina consenuerint, confirmassent. Ab Vrbe profectus, Pontificis animo perpetuus inhæsisti, is enim sapientiam tuam testari non desijt; de te cum Oratoribus Venetis, cum Purpuratis frequenter adeò loquebatur, vt nec locus dissitus, nec interiectum tempus memoriam imminueret, detraheret studio, æstimationem debilitaret, atque adeò appareret, abesse oculis nihil omninò animi præsentiæ nocuisse. Quo verò pacto ALEXANDRI studium antiquari posset, aut remitti, cum in augenda religione, patrimonio nimirum Pontificio amplificando, tua merita in dies augescerent, non modò apud nos, vbi sacram disciplinam mirificè cumulasti, gliscentes discordias oppressisti, adultas intercidisti, sobolescentes hydrarum instar secto multiplici capite consumpsisti summus animorum pacificator, sacerque Mercurius; at Venetijs etiam, vbi nodos & Deo vindice dignos incidisti; quippe qui in modum Gordiani implexi, & ipsi ALEXANDRO non explicabiles videbantur, tui tamen ingenij acumine, tuæ diligentiæ strenuitate, tui consilij constantia soluti sunt, expediti, amputati. Explicaret se hìc latissimus campus, per quem liberè, solutèque expatiaretur oratio, si quæ Venetijs pro religione, pro auctoritate Pontificia, pro pietatis incremento præstiteris, dicere aggrederer, & prius alij audiendi finem, quàm ego dicendi facerem. Id, vel me tacente cænobia prædicant, quorum animos diffidentes ad concordiam, cuius ipsa spes interierat, reuocaueris. Prædicat Eminentissimus Ferrariæ Legatus Hieronymus Bonuisius, qui te sequestre ea apud ãplissimos Senatores negotia pro pacis incolumitate inter conterminas ditiones absoluit, quorum exitum fiducia nulla pollicebatur. Prædicat Ma-

C gnus

gnus cognomento, ſed virtute nunquam infrà Maximum Hetruriæ Dux Ferdinandus, qui ab Hetruſca ad Venetam Legationem abeuntem Brancaccium pro ea, qua hominem beneuolentia complectebatur, apprimè monuit, vt ſibi Aquileiæ Patriarcham conciliaret, cuius ab opera ſuis negotijs optatum ſucceſſum ſponderet. Prædicat Carolus omni eminentia maior Cardinalis Carafa nunc Bononiæ Legatus, qui laudis, quam ſibi totam ſeponere poterat ex rebus Venetis ſumma cum felicitate, & nulli alij antea conceſſa geſtis portionem, eamque non modicam partitus eſt tibi, animi altitudine tanto Principe digna palàm profeſſus, tuæ operæ, induſtriæque deberi, quod ea à Senatu Veneto impetrauerit, quæ antea pauci ſperaſſent, obtinuiſſent nulli. Prædicant quotquot à multis annis fuere Venetijs pro Summo Pontifice Oratores, quorum muneri perpetuus adfuiſti, eaque curaſti ſemper, quæ ad alendam inter Principes ſummos concordiam pertinerent. Quid mirum igitur, ſi loco prodigij penès homines eſſet te tam clarè perſpectum, tam abundè probatum extra illum Senatum degere, ad quem ſummis virtutibus aditus plerumque patet; quamquam, vt fert humanarum rerum conditio, quandoque etiam vulgaribus recludatur? Mirari deſino Pontificium Elogium, quo tua ſupra cæterorum virtus emicuit; cum quæ ipſe inchoaueris, peregeris, abſolueris, aliorum ſpem, ne dum fiduciam ſuperarent; ij verò niſi repulſam te candidato metuerent, inde confidentia oriri poterat, quod intelligerent, non coæquari ſemper virtutibus præmia, & Catonibus interdum Vatinios anteponi. Cum de tua in componendis animis, amputandisque diſſidijs felicitate nunquam retrograda; in abſoluendis negotijs induſtria nunquam decepta; in maximis difficultatibus explicandis prudentia nunquam eluſa;

in ad-


in adminiſtranda prouincia laboribus nunquam ſatiſcentibus, nunquam irritis loquor, inducet aliquis animum te literis ſaltem penitioribus mediocriter eruditum, aut aſperſum leuiter, eius tantùm eloquentiæ vim maximam comparaſſe, quam ſacris nondum initiatus in Senatoria trabea commendáſti, & quam nemo vnquam in dubium reuocet. Opinioni locum ea perſuaſio fecerit, quod nemo in pluribus, ſi ea præſertim ſint diſſita, excellere videatur; quamobrem elementa ipſa proprietatis geminæ, quam ſingula congenitam habeant, alteram in intenſo gradu, in remiſſo alteram poſſident; nulli ambæ ſe cumulatè poſſidendas impertiunt. Præterea arbitrantur homines, & arbitrio veniam experientia aperit, detrahi gerendarum rerum alacritati ab immodica in arripiendis diſciplinis felicitate, atque adeò obtundi veluti ingenium, & agendo fieri impar, quoties ſupra mediocritatem rerum cognitione perficiatur. Plato ſanè, cui ob ſummam rerum omnium comprehenſionem cognomentum à diuinitate quæſitum eſt, nullas, teſte Dione Chriſoſtomo, Reſpublicas ordinauit; nullis præfuit Socrates eius Magiſter ob diſciplinarum amplitudinem creditus homine maior; à populorum regimine abfuit Platonis auditor, & Alexandri Magiſter Ariſtoteles, cuius è capite orta videri potuerat philoſophica Pallas, niſi ipſa natale Cælum habuiſſe ſuperbiens, & cerebrum Iouis intra humani capitis anguſtias patriam agnoſcere dedignaretur. Militares copias, Socratis & ipſe auditor Xenophon moderatus eſt, vrbes videlicet mobiles, & armatas Reſpublicas; verum hic quantum agendarum rerum ſtrenuitate magiſtrum, & condiſcipulum vicit, tantum ab ijſdem in rerum contemplatione victus eſt. Portio Catoni nullam artem neque priuatæ, neque publicæ rei gerendæ defuiſſe auctor eſt

Liuius; eidemque ſcientiam iuris, eloquentiam, gloriam militarem tam abundè conceſſit, verſatile ingenium ſic pariter ad omnia addidit, vt natum ad id vnum, quod ageret, dici poſſe confirmaret. Nihilominus, ſi rem iudicij trutina rectè perpendimus, conſtat in nullis mirificè Catonem excelluiſſe, quod in omnibus excelluerit, neque enim potuit cum Scipionibus, cum Mario, cum Sylla, cum Pompeio, cum Sertorio, ac cum Iulio Cæſare, alijsque multis militari gloria comparari; neque Tullij, vel etiam Hortenſij eloquentiæ ſtrenuitatem æquauit; Lælio, alijsque iuris prudentia longè conceſſit in nulla facultate locum Principem nactus, quia in omnibus facultatibus eſſe voluit. Philoſophicas diſciplinas pugnare cum rerum gerendarum prudentia inde euinci putant nonnulli, quod tradidere Philoſophi canones imperandi, ab imperio ſemper amoti, & inter Romanos Cæſares vnus Antonius promiſiſſe barbam, geſtaſſe pallium dicitur, quamuis de eius in naturæ arcanis rimandis excellentia fortaſſe non conſtet. At, ò quantum debet IOANNI DELPHINO Philoſophia, cuius beneficio eam ſuis laudibus addidit, vt regnatorum ſapientia dici poſſit! Mecum ipſe pugnarem, Eminentiſſime Princeps, meumque teſtimonium, vt exceptione dignum eliderem, niſi conſtanter, & absque vlla hæſitatione ſentirem, te eo in rerum ſpeculatione progreſſum eſſe, vt vlterius homini progredi, qui diuinitùs non illuſtretur, ſit inconceſſum. Abditiſſimos naturæ receſſus ſcrutatus es, nec in ijs quidpiam inexploratum ſuperfuit. Quidquid Academia dubitauerit; quidquid affirmauerit Licæum; quidquid Porticus excogitauerit, adeò feliciter aſſecutus es, vt de ijs tanquam ab ambiguitate ſemotis eloquaris, nec euiſceraſſe auctores, vt dici ſolet, eorumque volumina deuoraſſe credi potes; ſed naturam

ipſam

ipſam medullitus attigiſſe, erutis inde theſauris ad augendum ingenij cenſum, & patrimonium literarum amplificandum. Id fortaſſe fidem, vt fide maius, ab ijs non impetrabit, qui te de re literaria in priuatis colloquijs diſſerentem nequaquam audierint. Inficiabuntur ij veluti miraculo proximum, & penè humanis viribus inconceſſum, qui tuam illam dierum Decadem minimè legerint, in quam omnia priſcorum philoſophantium placita, imò totam ſapientiam congeſſiſti, & inductis præclariſſimis ex Veneta Nobilitate Proceribus, qui diſertantium perſonam induerint, tam facilè, tam perſpicuè, tam acutè, ſubtiliterque rerum naturam oſtendis, vt eas imperuias hactenus, & inaceſſas ingenio creditas quaſi manu capere, nedum oculis cernere videamur. Quantus verò orationis lepor! quàm mira ſtyli ſuauitas! quam incredibilis in re tam graui pulchritudo dicendi! Horridum illum vultum, & amabilem nonnullis deformitatem Philoſophiæ abſtuliſti, nec ea magis Tullio, qui latinitate donatam iuris fecerit verè Romani, quàm tibi debet, quo auctore Hetruſci ornatus elegantiam induit, & Italiam terrarum Principem iure patrio ſibi deſpondit. Fruſtra quo vulgaribus mentibus furaretur nobiliſſimam diſciplinarum allegoricis inuolucris abdidit Plato. Nequidquam, vt ſolis ſtrenuiſſimis ingenijs aperiret, inuoluit reconditis ſententijs Ariſtoteles. Tu velamentis reiectis, & noua propemodum, quam ipſa poſceret, inducta facie; vulgaribus etiam mentibus recluſiſti. Veritatem, quam illi ceu Protheum ſub aliena ſpecie occultabant, coegiſti confiteri ſeipſam, nec vni Ariſteo, ſed vniuerſis, qui eam amarent contemplari, videndam propoſuiſti. Faceſſant qui pulchriores animi fœtus nonniſi pannoſos in lucem prodire poſſe pronunciant. Recedant vt indigni ſuffragio, vbi de re literaria iudicandum,

qui



qui venustatem sermonis, & omnem ornatum dicendi Philosophiæ, vt indecoros habitus adimunt, rati eam non nisi nudam, aut incomptè vestitam sanioribus oculis placituram. Hi non incælti modo, sed imprudentissimi Parides disciplinarum speciosissimam nuditate illa sua, vel despicabili amictu deformauere, Caligulam illum non crudelitatis modò, sed insaniæ quoque portentum imitati, qui pulchriores adolescentes execrabatur, quos vt probaret, inducto in vultum cæno, qua crinium ornamento, qua elegantia vestium sua interdum manu multabat. Tuo vel vnius exemplo, Princeps Eminentissime, horum vecordia plectitur, qui inuolutissimas quæstiones ex penitissimis naturæ recessibus, & Philosophiæ adytis promptas tam egregia orationis specie vestijsti, vt æquè blandiantur, ac iuuent, lenocinantes auribus, dum animos capiunt, non minoris iucunditatis opifices, quàm vtilitatis, & commodi. Itaque quod aperta professione proscripserat olim popularis tuus, & huius Diecœsis Antistes Hermolaus Barbarus, tu re ipsa damnasti, cuius opera Philosophia, & facundè loquitur, & sapienter sentit, suasque sedes non minus extimorum parietum pompa, quam intimi operis maiestate commendat. Quis verò inducat animum tot auctores euolutos, tot lucubrationes editas, tot disciplinas congestas, tantam styli iucunditatem paratam ab homine, cui nequidem adolescenti à rebus publicis feriari licuerit, & vix ea temporis interualla non denegata, quæ ad alimenta, & quietem ineluctabili necessitate natura seposuit? Taceat Carneadem suum antiquitas, cui nimis pertinax mathematicarum contemplationum oblectatio vel ipsam alendi corporis memoriam abstulit. Taceat Demosthenem, quem parandæ eloquentiæ studium ab humana consuetudine deturbauit. Platonem, & Pythagoram

goram taceat, quos augendæ sapientiæ cupiditas diuturnis peregrinationibus fatigauit. Nolit Democriti meminisse, quem laudata disciplinarum auaritia, & patrimonij, & patriæ extorrem fecit, & cætibus humanis abstractum ad sepulcra emortuali sanè consilio amandauit. Gymnosophistas, ac Bracmanes vel dediscat, vel desinat ostentare, quos immodicus discendi ardor ab vrbibus, ab oppidis, à communione mortalium secernebat, & quo doctiores efficeret desipientium ferarum commertio destinabat. Tu in Vrbe, in aula, in regia ipsa philosopharis, hominum contubernalis, in quorum cætu degis perpetuus, sapientiam nactus es, quantam nullis veterum secessus, & solitudinis otia impertiuere. Cum Catone Vticensi te magis aptè componerem, qui ne in curia quidem, teste Tullio, dum Senatus cogeretur, temperabat sibi, quo minus Græcos libros lectitaret, ostendens, vt concludit Valerius, alijs tempora deesse, alios temporibus superesse; nisi maius quid esset [redacted] legenda alijs scribere, quàm aliorum scripta percurrere; nec in curia solùm, sed inter epulas, in hilaritate sermonum, in congressu familiarium meditareris, quæ memoria nunquam non fideliter restituente breui in voluminibus exarares, quæ longis meditationibus antea in animi codice descripsisses. Decipiuntur ij, qui memoriæ tenacitatem ab ingenio alacri, ac viuido distrahunt, & alterius fœcunditatem alterius sterilitate compensant. Porrò in te, Princeps Eminentissime, tantus ingenij, memoriæquè consensus, vt qui acutè inuenias, qui sapienter iudices, quod est opus ingenij, idem tanta memoriæ strenuitate præcellas, quantam nec in Cyro Persæ, nec in Mithridate Scythæ, nec in Hortensio, Cæsare, ac Seneca Romani admirari potuerint. Rem loquor pluribus non ignotam, ad quorum fidem prouocare licuerit,

quo-


quoties de mea fide quiſpiam dubitabit; opera Plutarchi, quæ ſanè non pauca, Annei Senecæ volumen, Liuij, ac Taciti hiſtoriam, Poetarum Latinorum Poemata omnia adeò feliciter memoriæ credidiſti, vt quoties occaſio poſtulat verba eorum, ac ſententias continuata ſerie hiatu nullo interpoſito proferas memoria nunquam hærente, vt legere te arbitraremur, niſi teſtarentur oculi ſine libro ea te dicere, quæ nos auribus mirabundis audimus. Miram in ſcribendis carminibus facilitatem prætereo. Parnaſſum totum tibi adoptaſti, tui iuris factæ ſunt Muſę, & ita loqui cogor, cum ea opera recolo, quorum lectioni vix vnius hominis ætas ſufficiat. Dicam ſanè, nec aſſentationis notam, cuius cauſas procul omninò habeo, reformido, Tua iſthæc tam multiplex ſapientia; diſciplinarum longè adeò diſſitarum tam abſoluta poſſeſſio mihi non ſemel, qui pro ea, in quam humanitas tua me recepit, conſuetudine illius ſum teſtis, ſuſpicionem induxit poſſe non pugnare cum veritate, quod ex veterum ſchola nonnulli pronunciarunt, rerum omnium imagines, quas appellant ſpecies, animis noſtris eſſe congenitas; ita tamen, vt earum virtus, quamdiù viuimus obtorpeſcat, eruptura tandem in effectum, & obiectorum notitiam paritura, cum animus ſe noſter ex inuolucris corporis explicuerit. Dubitaui inſuper an eædem imagines animum tuum, non èxpectato corporis diuortio, locupletarent, propterea tam alacriter, tam experrectè ediſcas omnia nulla eluctante difficultate, nullo pondere non modo volatum ingenij impediente, ſed nequidem iter paululum remorante. An pateretur ALEXANDER Vaticana Purpura fraudari hominem, quem humana ſorte maiorem innocentia morum, ſanctitas vitæ, agendarum rerum prudentia, tanta, & adeò afluens diſciplinarum vbertas efficeret? Cogitaret votis aures fatigandas pro eo in

ſa-

facrum Senatum eligendo, pro quo tot, tantaque merita tandiù perorarent? Hisce artibus ad summum decus progrediebaris, Princeps Eminentissime; hæc via te lactea in Senatum illum augustissimum deducebat, quibus suis veluti cælicolis Romana Ecclesia gloriatur; hoc alarum remigio festinabas ad Vaticanum. Quod si cognationum iura respiceret ALEXANDER, quis Cardinali filio dignior NICOLAO DELPHINO, quem Catonem veluti suum Venetorum Respublica veneratur, eius nempe consilijs fulta diutiùs, & in ea felicitate seruata, quam à conditoribus primis receptam nulla temporum, vel successuum serie interrupta ad æuum hoc nostrum cum maxima cunctorum mortalium admiratione non minus, quàm plausu perduxit. fratres respiceret; Porrò ijs debebatur Germanus Purpuratus, quibus tota se virtus visa est dedidisse, suamque in vnum par hominum totam effudisse dignitatem, & gloriam. Coantistes Aquileiæ, & Præsul Philadelphiæ DANIEL morum constantia, literarum possessione, rerum agendarum industria tantum se probat, vt Fratri summam dignitatem suis ipse meritis impetraret, nisi tuarum virtutum censu eidem mercandæ par esses. In ANDREA suspicimus eas animi, atque corporis dotes, quas Senatoria toga quemlibet ex suis amplissimis moderatoribus reposcere videatur. Admiramur indolem, qua nemini natura nobiliorem possit tribuere, aut audeat polliceri. Suspicimus mores, quibus nec suauiores, nec iucundiores ipsa imaginatio architectetur. Colimus sobolem, qua meliorem sydera ipsa spondere vix sperent. Omnia tandem tibi Vaticanam Purpuram, Princeps Eminentissime, deposcebant, nec videbatur ALEXANDER posse citra flagitium negare, quod liberaliter daret. Habebit in te Senatus Purpuratorum,

si quando volet Reipublicæ Christianæ regimini sapientissimum, & virtutum omnium numeris absolutum præficere, quem Petro successorem, Christo Vicarium, Ecclesiæ Præsidem dignum sufficiat.

D I X L.




Poe-

Poematij Argumentum.

DIuus Hermagoras primus Aquileiæ Patriarcha dolet IOANNI DELPHINO nondum collatam esse Purpuram Vaticanam. Deum adit, precatur, impetrat. Petrum proinde accersitum ablegat ad Alexandrum Pontificem Deus, & quæ illi peragenda sint monet. Petrus descendens in suprema aeris regione aereum induit corpus, seque qualis fuerat ante obitum fingit, profectusque in ædes Quirinales sub auroram reperit Alexandrum decumbẽtem in lecto adhuc vigilem, somno nimirum acrioribus intestini morbi cruciatibus impedito. Nuncio optatæ dudum mortis emulcet, vicinæque felicitatis inter superos perfruendæ, iubet Purpuratos in Senatum sufficere, singu-

losque cum Elogio nominat, præſertim verò IOANNEM DELPHINVM, qui Legationis cauſa pręcipua. Lætatur Alexander, quos ipſe deſtinauerat, Cælo probatos; imprimis verò beatitate propediem aſſequenda exhilaratur. Interim abſcedente morbo optato ſomno reficitur, & per quietem quæ Venetijs, atque Vtini ſint in argumentum lætitię ob IOANNIS DELPHINI Purpuram edenda ſpectacula præcognoſcit.



IN VATICANAM PVRPVRAM IOANNIS DELPHINI.

ERgo vel humano semotæ à corpore mentes
Humanas nondum didicerunt ponere curas.
Deseruere solum superum regione potitæ,
Queis Deus æterni cumulauit, gaudia regni,
Perpetuamque trahunt animæ super æthera vitam;
Non tamen immemores hominum mortalia temnunt
Commoda, nec rebus fugiunt succurrere nostris.
Credo equidem cuperent radiantem linquere mundum,
Et quas fugerunt iterum se credere terris,
Ac procul à Cælo modicum producere tempus;
Ne genus humanum stygius vel vinciat error,
Probra vel vlla premant; soboles sua cara parenti,
Frater amat fratrem, nec amico à pectore pulsus,
Sospite qui vita non vita vilior ipsa
Creditus, & casto iunxit præcordia nexu.
At vos, qui superum populos dixistis in orbem
Criminibus demptos, scelerumque à sede repulsos
Vrget adhuc hominum studium, nostræque salutis
Cura capit propior, veteresque fouetis amores.
Nunc quoq; per domitas, quas texunt tartara fraudes,
Perque triumphati vitata pericula mundi
Sternitis in Cælum calles, reseratis Olympum,

Et

Et si nos habeant vestræ commercia sortis
Lætitiam vestri communio pectoris auget.
Nunc quoque Gallorum gentem Ludouicus auitam
Diligit; est auspex, præsensque Iacobus Iberis;
Germanis Henricus adest, Stephanumque fauentem
Pannonicæ sensere plagæ, Scythicumque furorem,
Moschorumque iras iam, Stanislae, repellis,
Sarmatiamque tuam defendis, & impia Thracum
Pellis in Odrysias consumptis agmina sedes
Viribus; & multa populatos cæde maniplos.
Nec tibi dedidicit quamuis ad sydera raptus,
Et superum meliore sedens in parte penatum
Auxiliatricem, poscas modo, tendere dextram
Hermagoras, alacerque tuis occurrere votis,
Patria Iuliadum. tibi primus in æthera felix,
Ille reclusit iter, raptamque è faucibus orci,
Explicitamque dolis, & iniquas spernere fraudes
Hostis auernalis iussam, quà Sanguine Christus
Pandit in astra viam facili te tramite duxit.
Exuit haud studium; nec terram oblitus alumnam;
Quique tuus quondam Præsul, nunc esse patronus
Pergit in auxilium pronus, semperque paratus
Rebus adesse tuis, & amicum spondet Olympum.
Hoc auctore seges fæcundior induit agros,
Vberiorque tuos onerat vindemia colles.

Hic cum vicinos premeret contagio tractus
Vrbibus exhaustis, atque oppida cuncta voraret
Reppulit infames congesto funere morbos,
Teque esse incolumen tanto in discrimine iussit.
Affines populata plagas furialis Enyo
Regna Liburnorum, ferroque premebat, & igne,
Visa tuas mediata neces, sitijsse cruorem
Barbarus Esrinas cum Turca incenderet arces,
Et passim Illyricos cumularet cedibus agros;
Spectasti secura minas, bellique furorem
Fas risisse fuit; veluti cum fulminis igne,
Et nemora, & cautes celsi rapiuntur olympi,
Nullus in aerios apices, & culmina Cælo
Impetus irrumpit contermina, nullaque nimbos
Exonerat nubes supremi in vertice montis.
Scilicet Hermagoras furialia bella repressit,
Bistoniasque acies alias auertit in oras,
Et formidatum iussit tibi parcere Martem.
Te mala nulla manent, Cæloque fruere benigno,
Læua nec esse volent vnquam tibi sydera, donec
Fauerit Hermagoras, & nunquam hic desinet auspex
Esse, nec auxilij modicus; quemcunque probauit
Infula Iuliadum, sacroque excepit honore,
Inque Aquileiensi solio considere iussus,
Hermagoræ tribuere preces, auditaque semper
Vota

Vota Deo; gregis ille sui deponere curas
Indocilis, sanctosque viros, rerumque peritos
Destinat imperio, populos, queis tradat alendos;
Iuliadesque suos quà certus in æthera callis
Criminis insontes, fugiendaque probra perosos,
Victores tandem sublimi in sede locandos.
Nempe Deo cautum populos si quando nocentes
Mole lacessitus scelerum, vitijsque pudendis
Euocat in pœnas, meritaque vlciscitur ira,
Præficit his hominem, cui turpia quæque probentur,
Nullaque sit ratio, nullus respectus honesti;
Quod libeat licuisse putet, se lege solutum
Iactet, & arbitrio vim legum mancipet omnem.
Supplicium hoc ingens, vitijsque ingentibus æquum.
At tibi Iuliadum vix vnquam iratus olympus
Patria, tu sancto semper sub Principe felix,
Cuique omnes parere velint, quo præside tellus
Quæque beata feret, tibi præsidet; aurea iactas
Sæcula perpetuo, vetito nec peruia ferro,
Quodque minus placeat, nullo violanda metallo.
Hanc tibi DELPHINVS sortem instruit; omnis in vnum
Virtutum cumulus, facto velut agmine pectus
Irruit; ex totis velut omnia flumina terris
Excipit, inque suas partitur Nereus vndas,
Sit quæcunque homines virtutum gloria tollit,

Per

Per cætus diffusa omnes, DELPHINVS in vnum
Congerit, inq. suum cogit concedere censum.
Hunc Aquileiensis iampridem ad sacra tyaræ
Legerat Hermagoras venturi præscius æui,
Quod terris heroa daret, tantoq. bearet
Pignore DELPHINAE crescentia stemmata gentis.
Hoc decus, hanc sceptro laudem spondebat auito.
(Nil maius spondere datum) si tangere pectus
Cælitis ambitio posset, fastusq. coloni,
Scilicet Hermagoras hoc regni hærede superbus
Quiuerat esse sui, tumidamq. attollere mentem.
Iuliadis tandem felicia sæcula terræ
Spectabat lætus supero de vertice Præsul,
Præside DELPHINO; spectabat gaudia gentis
Qualia non alijs meditantur sydera terris
Quouis iuncta loco nitidi per compita mundi
Quolibet amplexu lumen coeuntia vibrent.
Nec sibi tam lætam sub Cæsare Roma secundo
Blandita est sortem, cultus exuta vetustos,
Marmoreoq. instrata solo, lateque superbis
Ædibus æthereos imitari visa penates.
Tantus Romuleis nec tu, Traiane, fuisti
Ciuibus, atque hilares pepulisti in pectora sensus,
Cum Dacijs victor rediens, Parthisque subactis
Ante triumphales veheres hostilia currus

Agmina, & excelsi peteres Capitolia Templi.
Iulia DELPHINO *felix Antistite tellus,*
Et nulla regione minor, solisq. reperta
Cælicolis impar, vni non æmula Cælo.
Dedidicit Cælum pluuias versare nocentes,
Mitior est aer; nullos sua vota colonos
Decipiunt, Lolium nullas infestat aristas,
Nec segetes inter steriles dominantur auenæ.
Bacchus amat colles non grandine læsus ab vlla,
Quasq. Iouis flammas genitricis passus in aluo,
Nunc Ioue propitio, nec fulminis igne timendo
Ridet, & apricis aperit sua gaudia campis.
Gradiui procul arma tonant, non ausa furores
Huc perferre suos, nostramq. lacessere pacem
DELPHINI *metuens hilarem Bellona Mineruam.*
Respicit hæc lætus stellati è culmine Mundi
Hermagoras, sortemq. sibi regionis alumnæ
Plaudit, & exultans agitat præcordia sensus.
Displicet hoc vnum, siquidquam æterna colenti
Regna, & in inspecto saturanti Numine mentem
Displicuisse potest. Vaticano murice nondum
DELPHINVS *rubuit, Romana nec induit artus*
Purpura, qua splendent proceres, celsusq. Senatus,
Vnde suum nacta est Ecclesia firmamentum;
Qui cæli terrestris Atlas, quo nititur orbis

Car-

Cardine, non vllum iam nutaturus in æuum.
Ergo, ait, in terris decus eſt, aut vlla perennat
Gloria, qua careas, DELPHINE? *tibiq. ſupremus*
Nondum illuxit honos, & ſumma negata poteſtas?
Virtutum tam crebra phalanx ad culmina rerum
Non aditum reſerat? tam clarum, ac nobile ſydus,
Atque ipſo vix ſole minus regione micabit
Sepoſita Cæli, nec toti illuxerit orbi?
Altera Roma fuit ſæclis Aquileia vetuſtis,
Quique erat Antiſtes, noſtraque è ſede regebat
Iuliadum populos Vaticani præſide regni
Tantum erat inferior, primoque hic proximus hæſit.
Hic honor interijt, mutataque ſæcula noſtrum
Imminuere decus; DELPHINO *haud debuit alter*
Eſſe hominum maior, quem pectora conſcia veri,
Labe carens animus, vitioque imperuius omni,
Inclyta nobilitas, præclaraque ſtemmata gentis
Cælicolis fecere parem; ceu ponderis expers
Ignis, in æthereo cui ſedes tradita mundo,
Aereos infra tractus, vndæque, ſolique
Eſſe dolet, damnatque locum, ſi compede vinctus
Iungere ſi nequeat lunaris finibus orbis;
Sic te degeneres capient, DELPHINE, *penates,*
Si ſummi iaceas infra faſtigia regni,
Nec Vaticano fueris à rege ſecundus.

Hæc secum Hermagoras ; & se sublime Tonantis
Euehit ad solium , succumbit poplite flexo ,
Demissus vultum supplex , ac talia fatur .
Ne mea vota , precor , summi regnator olympi ,
Nec castas contemne preces , non vana rogaris ;
Nec petere auderem , quæ non vouisse licebat ;
Et tibi iusta minus , nec concedenda videri ,
Sollicitis famulique notis indebita possent .
Quæ nostros olim velauerat Infula crines ,
(Et tibi sic placitum) DELPHINI *hoc induit æuo*
Tempora , tu nosti ; te nempe auctore regendas
Iuliadum gentes , diuinaque dogmata doctas
Cætibus addendas nostris , laribusque recepit .
Hic tibi diuitias , pretiosaque munera debet ,
Qualia non alijs placuit concedere mentis .
Debet inacessum vitijs , nullaque petitum
Labe animum , nullisque notis penetrabile pectus .
Huic , rogo , purpurei tandem largire Senatus
Immortale decus ; magnisque heroxibus heros
Additus humanis Vaticani è vertice rebus
Consulat , & totum tandem tibi vindicet orbem .
Dixerat Hermagoras ; solio cum Numen ab alto
Leniter arridens , sic incipit . exue curas
Vlterius nec tende tuo pro Præsule voces
Addere sollicitas , animumque inflectere nostrum .
Haud

Haud opus eſt precibus, præcurrit vota voluntas
Noſtra, quod ipſe petis iampridem offerre parata.
Noui equidem DELPHINI *animum, cui nulla voluptas*
Extra virtutum pomœria quæritur; optat
Quidquid amare iubet pietas, probitatis amores
Nutrit inextinctos, plenisque ea præmia votis
Deuorat, in noſtra quæ virtus poſsidet aula.
Quas homines mirantur opes, quos vulgus honores
Eſurit, indocilis ſtudio complectier vllo,
Ni gradus ad veri fuerint patrimonia cenſus,
Et tandem æternos cæli mereantur honores
Negligit. vnus erat, cui ſacra vel Inſula vilis
Eſſe videretur, niſi noſtros Inſula cultus
Grandius augeret, Cælique ad compita callem,
Ac tutum reſeraret iter. quæ vota fatigat
Purpura multorum, clarisque micantior aſtris
Creditur, atque ipſum ſolis ſuperare nitorē,
Quam modico DELPHINI *animū ſplendore laceſſit?*
Quam meruiſſe iuuat, nihil obtinuiſſe laborat.
Dona petit meliora ſibi, maioraque poſcit
Præmia virtuti, ſanctosque æquantia mores.
Non tamen hoc nobis etiam indonatus abibit;
Fulgeat in noſtro DELPHINI *ſtella Senatu*
Quantus ab Eoo ſe Phoſphorus æquore prodit
Æthereas fulgore plagas, ſpatioſaque veſtit

Atria,

Atria vicinum testatus lumine solem.
Hæc dicens Petrum accersiri de sede propinqua
Mandat, & his iussis Romanam ablegat in aulam.
Petre, prior sanctæ cui credita cura parentis,
Et gregis electi, ac nostræ custodia gentis
Tradita, te propero Romana ad tecta volatu,
Pennigeroque gradu referes; quæ poscimus idem
Percipis, e terris promissi ad gaudia Cæli
Sedit Alexandrum reuocare; hoc vota, precesque
Clauigeri meruere senis, nec sustinet vltra
A supera procul esse domo; quæ regna poposcit
Assiduus, curasque omnis quæsita per æui
Indulgere iuuat, sceptroque leuare volentem.
Ante tamen sacris heroas cœtibus addat,
Debita queis nouit sacri ornamenta Senatus;
Et tibi, qui tantum meruisse putantur honorem.
Abdita nulla tibi, quæ vouimus omnia nosti.
Sic Deus; at Petrus tanto iam munere lætus;
Primo vbi se vultu deiecerat ante Tonantem,
Haud mora, felicis spatiosa per atria mundi
Euolat, atque suæ properat succedere Romæ.
Venerat æthereis vbi proximus ignibus aer
Non volucres ventos, madidos non educat imbres,
Nescius attonitis reboare tonitrua terris,
Diraque in excelsas iaculari fulmina turres.

Sci-

Scilicet editior, mundoque remotus ab imo
Peruius est nullis, quos terra emittit hiulca
Halitibus, nulli, quem parturit vnda vapori.
Vnde truces Euri, pluuiæque, ac fulminis alæ
Materiam traxere suam; si spiritus illuc
Altior ascendit medium super aera vectus,
Deflagrat in flammas affini accensus ab igne,
Vt perhibent, mundiq. vagans per aperta volucris
Sydera mentitur placido labentia casu,
Ignitasq. trabes, scintillantemq. coronam,
Et nisi deceptus senior credare Stagyræ,
Hac quoque fulserunt Cæli statione Cometæ,
Vnde homines, aut bella timent, aut splendida Regum
Funera, vel miseras contagia fusa per vrbes.
Huc vbi peruenit Betsaidos acer alumnus,
Primus Apostolico qui sedit in agmine Petrus,
Induit exili compactum ex aere corpus,
Assimulatq. senem; plumas imitantur oloris
Tempora, longæuam testatur ruga senectam,
Incumbensq. genis macies; habuere vigorem
Lumina, & obtutus terrendis sontibus aptos,
Vnde miser tantos hausisti Anania pauores,
Vt subitus caderes, & eodem funere coniux
Mendaces imitata notas, mentitaq. campi
Exiguum pretium tristem properarit ad vrnam.

Cor-

Corporis hic habitus, quo tecta superstes habebat
Romula, & ad duri properauit robora trunci,
Vnde Polum peteret resupino pendulus ore.
Has Petrus exuuias membrorum imitatus ad arces
Recta Quirinales vestigia tendit, & ægrum
Corpore, & absumptum morbis, senioque grauatum
Repperit insomnem reducis sub Eoa diei
Tempora Alexandrum, nec enim vis impigra morbi,
Assiduusque dolor sinit indulgere quieti.
Atque illum affatur: Vigilas ne summe sacerdos?
Et quamquam inuitent fugientia sydera somnos,
Te tamen optati nondum cepere sopores?
En ego ab ætherea missus tibi nuncius aula
Speratum portendo diem, precibusque petitum,
Qui functo curis mortalibus astra recludat,
Et breue perpetuo mutet diademate regnum.
Ocyus ascendes, quo te tua vota tulerunt;
Quique hominum victor sedes habitaueris imas
Terrarum, sceptrique mei non degener hæres,
Mecum eris, & superi nactus consortia regni,
Cælicolas felix inter dominabere ciues.
En ego, me nosti, Petrus; cui Roma secures
Tradidit ipsa suas, & quæ sibi subdidit orbem,
Et regum Regina fuit, mea iussa recepit;
Imbellique seni, non tela, nec arma ferenti

Reti-

Retibus assueto, modicæ cimbæque magistro
Subditus est fastus, cunctæque superbia terræ,
Nec dedignata est famulari Romula Petro
Gloria, cui famulas Asiæ, Libiæque potentes
Porrexere manus, & colla iugalia reges.
Nempe Deo placitum, sic commendare potentis
Immodicas vires, inuictaque robora dextræ.
Sic vbi surgentes agitarunt æquora cauri,
Nereidumque plagis immania contulit auster
Prælia, & æthereas visi contingere sedes
Emissi medio Neptuni e gurgite fluctus
Terras vnda petit, solidosque haustura penates,
Inque suos census altis cum montibus agros,
Oppida cum pagis, magnas cum ruribus vrbes
Raptura, & nullos fines habitura putatur.
Hanc pelagi rabiem, formidatosque furores
Ferreus haud agger, nec moles saxea frenat,
Sed patulum exigua compescit littus arena.
Tu prius æterni capias quam gaudia mundi,
Purpureos inter proceres, sacrumque Senatum
Delige quos probitas, rerumque peritia tanto
Esse pares decori testatur, & inclyta morum
Nobilitas nullis hominum docet esse minores.
Europæ tibi quæque dabit quos poscis alumnos
Portio; magnanimi Guidobaldum regia profert

Cæſaris, & totis celebris Germania terris.
Inclyta Vandomum regali è ſtirpite præbet
Gallia. Moncadam ſiculis in gentibus ortum
Ipſum etiam claro regum de ſanguine rector
Eoæ, Heſperiæque plagæ dominator Iberus.
Spinula Cæſarea qui nunc tibi ſeruit in aula,
Præclaris æquans gentilia ſtemmata factis,
Grande decus Ligurum tanto eſt cumulandus honore.
Dignus purpurei Robertus honore galeri,
Quem virtus vrbi patriæ, magnoque Sabaudo
Olim ſpectatum Gallorum nunc probat aulæ,
Qualem Roma velit ſobolem, qualemque miniſtrum
Ipſe velis, acrem, conſtanti pectore firmum,
Et pro te docilem metui ſuccumbere nulli.
Haud eris Inſubris Vicecomitis immemor alto
Sanguine progeniti, cuius famulata colubro
Gallia Ciſmontes tota eſt; nec adempta potentis
Imperij decora, & gentilis gloria regni
Imminuere animos generoſæ prolis auitos.
Soſpes adhuc ſceptro quamuis non ſoſpite virtus,
Dignaque Romani decorari murice regni.
Parthenope ex patria, claræque ab origine gentis
Inicus hanc dudum coluit Caracciolus vrbem,
Perque gradus omnes, omnique ætate probatus
Inter purpureos meruit conſidere Patres.

At

At Regina Maris, libertatisque magistra,
Vrbs Venetum telluris honos, Respublica Regum,
Sospite qua semper Romana futura superstes
Relligio, nunquam casura potentia legum;
Nec fuerit Thraci nostros impune Tyranno
Spernere, & immerito Mauorte lacessere cultus,
DELPHINVM *peperit, quo Præsule carior astris*
Non fuit in terris alter, post condita mundi
Sæcula, nec tellus donec mansura, futurus.
Haud noua DELPHINAE *Vaticana est purpura genti;*
Iam gemina in nostro micuerunt sydera Cælo
Progenie ex illa; tu Zaccharia nitentis
Instar eras solis; nec tu fulgore minori
Romano propius micuisti ex axe IOANNES;
Et tua nunc ducis perauita exempla Nepotem
Nominis hæredem, diuinaque facta secutum.
Huic homines, superique vouent radiantis honores
Muricis, huic summi demandant iussa Tonantis
Purpurei dotes, ornamentumque galeri.
Annuit Hermagoræ votis, qui noster alumnus,
Ante tamen Deus ipse volens; da sacra merenti
Præmia; sic hominum superumque mouebere votis;
Cælituum regis nulli expugnabile fatum,
Quæque volens sequeris cælestia iussa capesses.
Quoque magis credas, nullasque in imagine fraudes,

Inque dolos dictis nullos vercare latentes.
Indicio firmanda fides. qui corpore sæuit
Lethi opifex morbus, supremaque fata minatur,
Inducias veluti, ac concordia fœdera pactus
Desinet esse nocens, tormentaque nulla parabit,
Et denæ incolumis consumes tempora lucis.
Rursus, in optatum quo libera detur olympum
Semita, perque acres Cælum mereare dolores,
Et fuluum rapidis specteris in ignibus aurum,
In tua membra furet, solitasque recurret in artes.
Hæc Petrus: & subito contextum ex aere corpus
Exuit obtutum fugiens, volucresque per orbes
Par leuibus ventis, nec fulmine segnior ipso
Æterni repetit gemmata palatia regis.
Hæserat attonitus, sensusque, ac mentis egenus
Captus Alexander spectabilis ore Simonis,
Et tacitus dederat venerandis vocibus aures.
Ambiguus ne vigil, an lusus imagine somni
Viderit, audierit-ve Senem, speratque, timetque.
Spes alit immodicas, & gaudia pectoris auget
Nuncius optatæ resoluto corpore vitæ.
Nec tantum inspecto lætatur nauita portu,
Quem longæ pressere hyemes, pelagique furores,
Dum vada salsa secat tumidis agitata procellis
Et sæpe inualido nudatam remige puppim

Nec

Nec docili, vincente metu, dare iura magistro.
Incubuit ventorum acies, totamque licenter
Vnda peragratam iam mergere visa carinam,
Vorticibusque haustam liquido tumulare sepulcro.
Lætitia hæc maior, quam cum tibi iura sacrorum
Purpurei tribuere patres, solioque locarunt,
Vnde dares Populis leges, terrisque præesses,
Ac superis carus, regno metuendus auerno
Claue potens gemina, reserares sydera nobis,
Obstrueres cæci lethalia claustra barathri.
At fraudes oculorum, & inania spectra veretur,
Nec quæsita diu, votoque petita perenni
Credere Alexander properat, tardamque merentur,
Quæ nimium placuere, fidem; sed reddita membris
Robora, & antiqui vis intermissa doloris
Ancipites abigunt dubitanti à pectore curas,
Inque iubent plenos descendere gaudia sensus.
Intendit lætus duplices ad sydera palmas,
Innumerasque iacit memori de pectore grates
Optatum properasse diem, spectataque tandem
Regna sibi capienda poli, nec abesse beatas
Delicias, summæque procul capitolia Romæ.
Lætatur proceres summum, quibus ipse Senatum
Vouerat, & primas Vaticani in vertice sedes
Cælicolum regi tantum, superisque probatos,

Et

Et quos largiri voluit iubeatur honores
Partiri, votisque suis Deus ipse sit auctor.
Interea nullos morbo pariente labores,
Qui dudum abfuerat, medicamque eluserat artem
Sponte sopor properat, placideque amplectitur artus,
Grataque sopitæ reserat spectacula menti.
Principio Venetæ succedere sedibus Vrbis
Visus Alexander, per cunctaque compita duci,
Hic vbi fœdus habet cum Thetide terra perenne,
Perpetuoque coit; mari terra ipsa putatur,
Stare putantur aquæ, stabilesque admittere gressus.
Ecce autem totus collucet ab ignibus aer,
Inque diem nox atra migrat populante tenebras
Flammarum populo; credas ardere vel ipsas
Nereidum sedes, Neptunumque æquore pulsum
Deseruisse sui Vulcano iura profundi.
Quæque domus flagrat; vestita palatia flammis
Omnia, & è niuea veniunt incendia cera.
Vulcano species non vna; coactus in arctos
Nunc calamos liquidum celeri petit aera penna,
Natalesque plagas, & patria tecta reuisit.
Ærati nunc claustra tubi, latebrasque relinquens
Qualis ab clisa solitus se promere nube
Personat, & quatiens terramque, salumque boatu
In terris plures etiam docet esse Tonantes.

Nunc

Nunc graditur liber, ſiccata ex arbore natus,
Et claudo ad ſuperos moderans veſtigia greſſu
Teſtatur Lemni caſus, odiumque Nouercæ,
Atque iter æthereo triduanum ex axe peractum.
Lætitiæ hic ignis teſtis, plauſusque fatetur
Pectoris, & mira paſtas dulcedine mentes.
Scilicet innumeræ ſaliunt ad ſydera voces,
DELPHINVMQVE *ſonant;* DELPHINI *nomina tellus*
Crebrior ingeminat, reſonant hæc cærula ponti,
Aeriæque plagæ, rerum omnis & ordo reſultat.
Iuliadum tectis ſuccedere creditur vrbis
Protinus, inque Vtino ſummus conſiſtere paſtor.
Hic oculis varios vſurpat, & auribus ignes,
Totaque diſcurrit liber per compita plauſus,
Lætitia non vlla vacant. hinc agmina cernit
Ordinibus diſtincta ſuis, iuuenumque, virorumque
Egregias acies imitantes horrida Martis
Prælia; ſic genitas nitrato in puluere flammas
Euomuere tubi, lethalia ferre putati
Vulnera in alterius cum tendere creditur alter
Corpus atrox telum, veramque inducere mortem.
Ludicra delectant oculos certamina, quantum
Horrorem incutiunt animis, cum claſſica veras
Præcepere neces, veraque laceſſitur ira
Hoſtis, & alternum turmæ ſitiere cruorem:

Qua

Qua se aperit campus spatiumque extendit inane
Hic modico clausus fluuialis ab aggere lymphæ,
Hac magnis laribus, tectoque coercitus amplo
Surgentes ducto tabularum ex ordine sæpes
Spectat Alexander; rectus diuortia callis
Efficit æquali spatio diductus utrinque.
Claudit iter truncus solido de stipite pectus,
Et facies hominis imitatus; in ora colores
Defluxere rubri, rubor idem tempora uestit.
Luditur hic hastis; belle phaleratus equorum
Cætus humum plantis, hinnitibus aera tundit,
Impatiensque moræ, nec segnia ferre paratus
Otia poscit iter, paretque inuitus habenis.
Sors equitem sua quemque uocat, sua nomina cuiq;
Stemma facit, quod ferre iuuat; non gentis auitæ
Stemma, sed arbitrij. tales exacta feruntur
Sæcla tulisse uiros, quos bellica gloria cunctas
Duceret in terras, ubi qui concurreret hostis
Esset, & aut uictus palmas augeret opimas,
Aut raperet uictor, speciosaque demeret arma.
Pictus erat clypeus, cassisue ærata ferebat,
Siue Iouis uolucrem, seu tygrida, siue leonem.
Signum erat huic coluber, spumantem elegerat aprum
Alter, in alterius radiabat stemmate sydus,
Alterius clypeum, seu cassida flumen habebat;

Nec

Nec deerant aliјs montes, vel ſaxa, vel arbor;
Vt libitum cuicunque fuit; de ſtemmate nomen
Fluxit, & in cunctos abijt quandoque nepotes.
Hos equites Vtini mores imitantur in vſus
Migrantes procerum, quos inclyta protulit olim
Gallia, vel duris aſſueta Britannia bellis,
Prona vel in ſæuum ſemper Germania Martem,
Siue etiam populis quæ cedere neſcijt vllis
Italia, aut iunctam Muſis, mitemque probaret
Aut clypeo horribilem, & vibrantem Pallada parmã.
Cuique manus equitum prægrandis lancea munit,
Vulneribusque acies apta eſt; trunci ora petuntur,
Aut ſcopus eſt telo pectus; qui dirigit ictum
Certior & figit ſimulato in corpore plagam,
Euehit hunc magno populi victoria plauſu;
Victricem excipiunt, pretioſaque præmia dextram.
Hæc vbi nutrierant populi ſpectacula viſum,
Noxque faces reuehit, & quot Proſcænia Cæli
Sydera promittunt, totidem quoque terra putatur
Promere ſydereas imitantia lumina flammas;
Viſus Alexander modulantem carmina Vatem
Dulciſonis haurire notis, digitisque prementem
Fila grauis cytharæ, ſonus vnde ſolutior auras
Euigilare vetat, ventoſaque murmura pellit.
Plaudite Iuliades: tempus non aptius vllum

Plausibus Hesperio vel mersus in æquore Titan,
Vel reducem reuehens Eoo à littore lucem
Protulit. hoc niueo deduxit stamine tempus
Parcharum præsaga colus, iunxere labores
Fata suos, operique manus tribuere potentes.
Ambitiosa choros per aperti compita Cæli
Sydera deducunt, nitidoque interprete saltu
Festa triumphantis profitentur gaudia Mundi.
Haud magè conspicuum rutilauit in æthere lumen,
Ex quo terra fretum, terramque leuauerit aer,
Et voluere suum nitidum Titana labores.
Plaudite Iuliades: DELPHINVM *purpura vestit:*
Nec tam felices Phœnicia littora conchas
Protulerint, vnde iste color; fulgoribus impar
His mare Sidonium, Tyrij minor æquoris vnda.
Credo equidem crinale aurum, radiosque comantes
Sydereus populus DELPHINI *in tempora fundit,*
Cælitibusque parem cælesti insignit amictu,
Heroisque suo crines circumligat auro.
Proh felix DELPHINA *Domus, quam gloria tantæ*
Prolis in astra vehit. tanto tu pignore felix
Deducis, NICOLAE, *dies; te fama superstes,*
Fessaque non vnquam ventura in sæcla sequetur.
Tu pater Heroum, nimirum maximus Heros,
Tu decus es Patriæ, decorum te Patria diues

Pa-

Patre, nec absimilis soboles, imparque parenti.
Tu Patruum lætus Vaticana in Regna IOANNEM
Spectasti gradientem olim; cognomen easdem
Filius ascendit rutilanti in murice sedes.
Et Patruo tu dignus eras, & Principe nato
Dignus es, in Veneto qui gloria celsa Senatu
Splendueris, quanto fulgore illustrat Olympum
Publica lux Mundi, natusque Hyperione Titan.
Et tu, qui summo totas pro Numine terras
Numinis instar habes, qui Tartara claudis & Vrbis
Limina cælestis, celsumque recludis Olympum
Maxime Pontificum, supremo hoc munere lætus
Conscendes Cælum, & summo iungere Tonanti.
Munus Alexandro dignum collata IOANNI
Purpura; non alius tam claro munere Præsul
Dignior; haud alio, quam te donante IOANNES
Maluerat tantum sibi quæsiuisse decorem.
Tam magnum decorasse Virum per cuncta parabit
Sæcula grande decus, quod sæcula nulla tacebunt.
Audit Alexander, tantusque in imagine somni
Qui menti ventura aperit, præcordia sensus
Lætitiæ inuadit, iucundæ vt gaudia noctis
Corpore ab excusso fugiente quiete recedant.

Paraenesis ad Musas.

CAstalios latices bifidi vocalia montis
Pieridum tandem desine saxa cohors.
Aonium contemne solum, nec fronde perenni
Sit graue vestitos destituisse lares.
Iuliadum praepone lares; mage commoda Musis
Haec humus Ascraeis ante ferenda iugis.
Hic quoque secessus; sunt hic quoque cantibus apta
Flumina, vocales vnde bibantur aquae.
Hippocreneae non impar Turrius vndae,
Terribili semper nec ruit ille gradu.
Nunc placidum molitur iter, lenique susurro
Adriacum querit, qua via prisca salum.
Credo equidem nullo posthac se gurgite tollet,
Audebit fines nec violare suos.
Non segetum strages; nullas meditabitur agris
Fluctu extra lectum prosiliente neces.
Hospite DELPHINO *summum sibi quaerit honorem*
Turrius, & nulli non praehabetur aquae.
Prouocet Eridanum, septenum prouocet Istrum,
Nile, tuis nolit fontibus esse minor
Te quoque in Eoum septena per ostia pontum
Qui ruis, & salso fers mare dulce mari,
Turrius esse minor DELPHINO *praeside nolit,*

Im-

Impatiensque loci posterioris eat.
Turrius ergo sacris habitabilis unda Camænis
Bellerophonteis anteferatur aquis.
Audiat hic cantus, quos olim audisse putatur
Ismarus, Orpheæ dum cecinere fides.
Æquet & Eurotan, pecorum quem Pastor Apollo
Blandiloqua solitus personuisse lyra.
DELPHINVM *hic resonet;* DELPHHINI *ad nomina sistet*
Vnda gradum, velox nec properabit iter.
DELPHINVM *venerantur aquæ, positoque verentur*
Poplite cærulei numina cuncta freti.
Sydereo rutilat DELPHINVS *in agmine primus,*
Sydera nec tanto par habuere iubar.
Notus aquis, superis notus DELPINVS *in oris*
Terrarum cæpit notus & esse plagis.
DELPHINVS *magni telluri numinis instar*
Huic fert sollicitas cernua terra preces.
Huc igitur castæ Pindi properate sorores,
Sollicitet vestros Iulia lympha choros.
Saltantes videat, facili bibat aure canentes,
Cumque oculis aures saltus, & aura beet.
Clio gesta canes, erit aurea tibia tecum,
Et solet hæc veteris temporis esse memor.
DELPHINOS *memores antiqua ab origine fastos,*
Et prisca eximium nobilitate genus.

Per-

Flatibus implebis calamos ſecura canoris
Euterpe eximios emodulata ſonos.
Concine purpureos DELPHINI *Herois honores;*
Romano indutas murice pande comas.
Imbuet hic cantus dulcedine fluminis vndas,
Audito hoc aer carmine lætus erit.
Altius inflabis calamos, auditaque longè
Aerei montis carmina ſaxa ſonent;
Ingenitæ feritatis inops, poſitoque rigore
Mons volet in dulces protinus ire iocos.
Quæque habitat montes cicurari turba ferarum
Neſcia, & humano ſemper iniqua gregi,
Exuet ingenium, natalem exoſa receſſum.
Vrbanas inter viuere amabit opes.
Noxia non homini; non illi humana nocebunt
Spicula, non capiet damna, nec vlla dabit.
Non fugitura lupos ouis eſt, armenta leones
Non metuent, aquilas nulla timebit auis.
Tale ſibi poſcit DELPHINI *purpura tempus;*
Nempe feras ipſis non licet eſſe feris.
Proſequere Euterpe cantus, lateque per agros
Fac reſonet placidos dulcis arundo modos.
Protinus abijcient triſtes abſinthia ſuccos,
Deſtituetque nocens nigra aconita liquor.
Quilibet indocilis dare noxia gramina campus

Vſi-

Vſibus humanis commoda cuncta feret.
Fertilior meſſis Cerealem veſtiet agrum,
Apricam uberior Bacchus habebit humum.
Frigora non metuet borealia Palladis arbor,
Proderit huic æſtus, nulla nocebit hyems.
Tuque moue Citharam, placidoſque in pectore motus
Terpſichore docti pollicis vngue cie.
Lætitiæ motus fuerint, procul omnis abeſto
Mæroris conſors, triſtitiæque labor.
Plectra Erato feriat, ſaltet pede, carmine, vultu,
Nullum lætitiæ præteritura modum.
Vranie Cæli motus ſcrutetur, & aſtra,
Aſtra nihil nobis, quod timeatur habent.
Opportuna loco ſe lumine cuncta benigno
Reſpiciunt, retro nulla tulere gradum.
Cum Ioue Saturnus certamina nulla ciebit,
Nec feret in rigidum filius arma patrem;
Mitius vtrique ingenium, patrioſque rigores
Non erit vt flectat ſtella beata Iouis.
Hos motus habuiſſe reor, coituſque benignos
Sydera, dum Cælum ſydera prima tulit.
Diuerſaſque vices non vnquam habitura fuerunt,
Si ſteteras omni à crimine liber Adam.
Ipſum etiam concors DELPHINI *Romula Cælum,*
Et quauis vacuum Purpura lite facit.

H *Tu*

Flatibus implebis calamos secura canoris
Euterpe eximios emodulata sonos.
Concine purpureos DELPHINI *Herois honores;*
Romano indutas murice pande comas:
Imbuet hic cantus dulcedine fluminis vndas,
Audito hoc aer carmine lætus erit.
Altius inflabis calamos, auditaque longè
Aerei montis carmina saxa sonent;
Ingenitæ feritatis inops, positoque rigore
Mons volet in dulces protinus ire iocos.
Quæque habitat montes cicurari turba ferarum
Nescia, & humano semper iniqua gregi,
Exuet ingenium, natalem exosa recessum.
Vrbanas inter viuere amabit opes.
Noxia non homini; non illi humana nocebunt
Spicula, non capiet damna, nec vlla dabit.
Non fugitura lupos ouis est, armenta leones
Non metuent, aquilas nulla timebit auis.
Tale sibi poscit DELPHINI *purpura tempus;*
Nempe feras ipsis non licet esse feris.
Prosequere Euterpe cantus, lateque per agros
Fac resonet placidos dulcis arundo modos.
Protinus abijcient tristes absinthia succos,
Destituetque nocens nigra aconita liquor.
Quilibet indocilis dare noxia gramina campus

Vsi-

Vsibus humanis commoda cuncta feret.
Fertilior messis Cerealem vestiet agrum,
Apricam vberior Bacchus habebit humum.
Frigora non metuet borealia Palladis arbor,
Proderit huic æstus, nulla nocebit hyems.
Tuque moue Citharam, placidosque in pectore motus
Terpsichore docti pollicis vngue cie.
Lætitiæ motus fuerint, procul omnis abesto
Mæroris consors, tristitiæque labor.
Plectra Erato feriat, saltet pede, carmine, vultu,
Nullum lætitiæ præteritura modum.
Vranie Cæli motus scrutetur, & astra,
Astra nihil nobis, quod timeatur habent.
Opportuna loco se lumine cuncta benigno
Respiciunt, retro nulla tulere gradum.
Cum Ioue Saturnus certamina nulla ciebit,
Nec feret in rigidum filius arma patrem;
Mitius vtrique ingenium, patriosque rigores
Non erit vt flectat stella beata Iouis.
Hos motus habuisse reor, coitusque benignos
Sydera, dum Cælum sydera prima tulit.
Diuersasque vices non vnquam habitura fuerunt,
Si steteras omni à crimine liber Adam.
Ipsum etiam concors DELPHINI *Romula Cælum,*
Et quauis vacuum Purpura lite facit.

Flatibus implebis calamos secura canoris
Euterpe eximios emodulata sonos.
Concine purpureos DELPHINI *Herois honores;*
Romano indutas murice pande comas.
Imbuet hic cantus dulcedine fluminis vndas,
Audito hoc aer carmine lætus erit.
Altius inflabis calamos, auditaque longe
Aerei montis carmina saxa sonent;
Ingenitæ feritatis inops, positoque rigore
Mons volet in dulces protinus ire iocos.
Quæque habitat montes cicurari turba ferarum
Nescia, & humano semper iniqua gregi,
Exuet ingenium, natalem exosa recessum.
Vrbanas inter viuere amabit opes.
Noxia non homini; non illi humana nocebunt
Spicula, non capiet damna, nec vlla dabit.
Non fugitura lupos ouis est, armenta leones
Non metuent, aquilas nulla timebit auis.
Tale sibi poscit DELPHINI *purpura tempus;*
Nempe feras ipsis non licet esse feris.
Prosequere Euterpe cantus, lateque per agros
Fac resonet placidos dulcis arundo modos.
Protinus abijcient tristes absinthia succos,
Destituetque nocens nigra aconita liquor.
Quilibet indocilis dare noxia gramina campus

Vsi-

Vsibus humanis commoda cuncta feret.
Fertilior messis Cerealem vestiet agrum,
Apricam vberior Bacchus habebit humum.
Frigora non metuet borealia Palladis arbor,
Proderit huic æstus, nulla nocebit hyems.
Tuque moue Citharam, placidosque in pectore motus
Terpsichore docti pollicis vngue cie.
Lætitiæ motus fuerint, procul omnis abesto
Mæroris consors, tristitiæque labor.
Plectra Erato feriat, saltet pede, carmine, vultu,
Nullum lætitiæ præteritura modum.
Vranie Cæli motus scrutetur, & astra,
Astra nihil nobis, quod timeatur habent.
Opportuna loco se lumine cuncta benigno
Respiciunt, retro nulla tulere gradum.
Cum Ioue Saturnus certamina nulla ciebit,
Nec feret in rigidum filius arma patrem;
Mitius vtrique ingenium, patriosque rigores
Non erit vt flectat stella beata Iouis.
Hos motus habuisse reor, coitusque benignos
Sydera, dum Cælum sydera prima tulit.
Diuersasque vices non vnquam habitura fuerunt,
Si steteras omni à crimine liber Adam.
Ipsum etiam concors DELPHINI *Romula Cælum,*
Et quauis vacuum Purpura lite facit.

H *Tu*

Flatibus implebis calamos ſecura canoris
Euterpe eximios emodulata ſonos.
Concine purpureos DELPHINI *Herois honores;*
Romano indutas murice pande comas.
Imbuet hic cantus dulcedine fluminis vndas,
Audito hoc aer carmine lætus erit.
Altius inflabis calamos, auditaque longe
Aerei montis carmina ſaxa ſonent;
Ingenitæ feritatis inops, poſitoque rigore
Mons volet in dulces protinus ire iocos.
Quæque habitat montes cicurari turba ferarum
Neſcia, & humano ſemper iniqua gregi,
Exuet ingenium, natalem exoſa receſſum.
Vrbanas inter viuere amabit opes.
Noxia non homini; non illi humana nocebunt
Spicula, non capiet damna, nec vlla dabit.
Non fugitura lupos ouis eſt, armenta leones
Non metuent, aquilas nulla timebit auis.
Tale ſibi poſcit DELPHINI *purpura tempus;*
Nempe feras ipſis non licet eſſe feris.
Proſequere Euterpe cantus, lateque per agros
Fac reſonet placidos dulcis arundo modos.
Protinus abijcient triſtes abſinthia ſuccos,
Deſtituetque nocens nigra aconita liquor.
Quilibet indocilis dare noxia gramina campus

Vſi-

Vſibus humanis commoda cuncta feret.
Fertilior meſſis Cerealem veſtiet agrum,
Apricam vberior Bacchus habebit humum.
Frigora non metuet borealia Palladis arbor,
Proderit huic æſtus, nulla nocebit hyems.
Tuque moue Citharam, placidosque in pectore motus
Terpſichore docti pollicis vngue cie.
Lætitiæ motus fuerint, procul omnis abeſto
Mæroris conſors, triſtitiæque labor.
Plectra Erato feriat, ſaltet pede, carmine, vultu,
Nullum lætitiæ præteritura modum.
Vranie Cæli motus ſcrutetur, & aſtra,
Aſtra nihil nobis, quod timeatur habent.
Opportuna loco ſe lumine cuncta benigno
Reſpiciunt, retro nulla tulere gradum.
Cum Ioue Saturnus certamina nulla ciebit,
Nec feret in rigidum filius arma patrem;
Mitius vtrique ingenium, patriosque rigores
Non erit vt flectat ſtella beata Iouis.
Hos motus habuiſſe reor, coitusque benignos
Sydera, dum Cælum ſydera prima tulit.
Diuerſasque vices non vnquam habitura fuerunt,
Si ſteteras omni à crimine liber Adam.
Ipſum etiam concors DELPHINI *Romula Cælum,*
Et quauis vacuum Purpura lite facit.

H Tu

Paraenesis ad Musas.

CAstalios latices bifidi vocalia montis
Pieridum tandem desine saxa cohors.
Aonium contemne solum, nec fronde perenni
Sit graue vestitos destituisse lares.
Iuliadum praepone lares; mage commoda Musis
Haec humus Ascraeis ante ferenda iugis.
Hic quoque secessus; sunt hic quoque cantibus apta
Flumina, vocales vnde bibantur aquae.
Hippocreneae non impar Turrius vndae,
Terribili semper nec ruit ille gradu.
Nunc placidum molitur iter, lenique susurro
Adriacum querit, qua via prisca salum.
Credo equidem nullo posthac se gurgite tollet,
Audebit fines nec violare suos.
Non segetum strages; nullas meditabitur agris
Fluctu extra lectum prosiliente neces.
Hospite DELPHINO *summum sibi quaerit honorem*
Turrius, & nulli non praehabetur aquae.
Prouocet Eridanum, septenum prouocet Istrum,
Nile, tuis nolit fontibus esse minor
Te quoque in Eoum septena per ostia pontum
Qui ruis, & salso fers mare dulce mari,
Turrius esse minor DELPHINO *praeside nolit,*

Im-

Impatiensque loci posterioris eat.
Turrius ergo sacris habitabilis unda Camænis
Bellerophonteis anteferatur aquis.
Audiat hic cantus, quos olim audisse putatur
Ismarus, Orpheæ dum cecinere fides.
Æquet & Eurotan, pecorum quem Pastor Apollo
Blandiloqua solitus personuisse lyra.
DELPHINVM *hic resonet;* DELPHHINI *ad nomina sistet*
Vnda gradum, velox nec properabit iter.
DELPHINVM *venerantur aquæ, positoque verentur*
Poplite cærulei numina cuncta freti.
Sydereo rutilat DELPHINVS *in agmine primus,*
Sydera nec tanto par habuere iubar.
Notus aquis, superis notus DELPINVS *in oris*
Terrarum cœpit notus & esse plagis.
DELPHINVS *magni telluri numinis instar*
Huic fert sollicitas cernua terra preces.
Huc igitur castæ Pindi properate sorores,
Sollicitet vestros Iulia lympha choros.
Saltantes videat, facili bibat aure canentes,
Cumque oculis aures saltus, & aura beet.
Clio gesta canes, erit aurea tibia tecum,
Et solet hæc veteris temporis esse memor.
DELPHINOS *memores antiqua ab origine fastos,*
Et prisca eximium nobilitate genus.

Per-

Percurre Heroum seriem, quos bellica Cælo
Gloria, sydereis inseruitque choris.
Hic æquor Veneto iussit seruire leoni,
Non alios reges passus habere fretum.
Sæpe resistentes populatus cæde cohortes;
Decolor hostili sanguine pontus erat.
Quid valeat DELPHINA *manus, quo turbine ferrum*
Torqueat, inuisas sollicitèque neces,
Bistoniæ sensere rates, sensere phalanges,
Quas Bizantinus trudit in arma furor.
Pro Patria hic pugnax inimici sanguinis haustu
Purpuream fieri sæpe coegit humum.
Insuber hæc dicet, Venetos qui sæpius hostes,
Robore vix vnquam sufficiente tulit.
Theutonicæ dicent acies, Antænoris vrbem,
Quæ frustra obsidio continuere graui.
Nunquam DELPHINO *Venetus sine milite pugnas,*
Et duce DELPHINO *prælia sæpe ciit.*
Victorem dices Ægea per æquora IOSEPH,
Cuius virtutem sæcula cuncta canent.
Ductor erat, validamque vehebat in arma triremem,
Cominus hostiles arma tulere manus.
Classis erat, longo prodibant ordine naues,
Lunigeræ in cunctis emicuere notæ;
Naualem appelles medijs in fluctibus vrbem,

Mo-

Mobilia in salsis oppida nata plagis.
Non timuit quamuis numero tot nauibus impar.
DELPHINVS, *cuius vna triremis erat.*
Concurrunt acies, vnamq. in bella lacessunt,
Collato nixæ perdere marte ratem.
Millibus haud impar IOSEPH; *obstantia frangit*
Agmina, & innumero victor ab hoste redit.
Centena pugnare manu, totidemque putares
Vno, eodemque ictu tela vibrare neces.
Sæuit atrox acies, pudor altam exasperat iram,
Vno tam multi quod tot ab hoste cadant.
Non hominem IOSEPH *Othomanus credidit hostis,*
Iratum Turcis credidit esse Deum.
Hæc recinet Clio, memorandaque plura loquetur,
Materiem numeris vberem adepta suis.
Melpomene tragicum consueta implere theatrum
Luctibus, & tepido spargere rore genas,
Sit procul hinc, nec flere vacat, lætabile tempus
Lætitiæ totum præcipit esse locum.
Vel nisi discedat, tragicos canat illa cothurnos,
Quos iam DELPHINI *scena seuera tulit.*
Te quoque abesse iubet ab amœnis Turrius vndis,
Ni renouas turpes ferre Thalia iocos.
Casta canas, sanctoque nihil nocituræ pudori,
Pierium dabitur composuisse chorum.

Fla-

Flatibus implebis calamos ſecura canoris
Euterpe eximios emodulata ſonos.
Concine purpureos DELPHINI *Herois honores;*
Romano indutas murice pande comas:
Imbuet hic cantus dulcedine fluminis vndas,
Audito hoc aer carmine lætus erit.
Altius inſtabis calamos, auditaque longè
Aerei montis carmina ſaxa ſonent;
Ingenitæ feritatis inops, poſitoque rigore
Mons volet in dulces protinus ire iocos.
Quæque habitat montes cicurari turba ferarum
Neſcia, & humano ſemper iniqua gregi,
Exuet ingenium, natalem exoſa receſſum.
Vrbanas inter viuere amabit opes.
Noxia non homini; non illi humana nocebunt
Spicula, non capiet damna, nec vlla dabit.
Non fugitura lupos ouis eſt, armenta leones
Non metuent, aquilas nulla timebit auis.
Tale ſibi poſcit DELPHINI *purpura tempus;*
Nempe feras ipſis non licet eſſe feris.
Proſequere Euterpe cantus, lateque per agros
Fac reſonet placidos dulcis arundo modos.
Protinus abijcient triſtes abſinthia ſuccos,
Deſtituetque nocens nigra aconita liquor.
Quilibet indocilis dare noxia gramina campus

Vſi-

Vſibus humanis commoda cuncta feret.
Fertilior meſſis Cerealem veſtiet agrum,
Apricam vberior Bacchus habebit humum.
Frigora non metuet borealia Palladis arbor,
Proderit huic æſtus, nulla nocebit hyems.
Tuque moue Citharam, placidosque in pectore motus
Terpſichore docti pollicis vngue cie.
Lætitiæ motus fuerint, procul omnis abeſto
Mæroris conſors, triſtitiæque labor.
Plectra Erato feriat, ſaltet pede, carmine, vultu,
Nullum lætitiæ præteritura modum.
Vranie Cæli motus ſcrutetur, & aſtra,
Aſtra nihil nobis, quod timeatur habent.
Opportuna loco ſe lumine cuncta benigno
Reſpiciunt, retro nulla tulere gradum.
Cum Ioue Saturnus certamina nulla ciebit,
Nec feret in rigidum filius arma patrem;
Mitius vtrique ingenium, patriosque rigores
Non erit vt flectat ſtella beata Iouis.
Hos motus habuiſſe reor, coitusque benignos
Sydera, dum Cælum ſydera prima tulit.
Diuerſasque vices non vnquam habitura fuerunt,
Si ſteteras omni à crimine liber Adam.
Ipſum etiam concors DELPHINI *Romula Cælum,*
Et quauis vacuum Purpura lite facit.


Tu quoque si libeat, dociles Polyhymnia gestus
Ede, decent lusus gaudia nostra tui.
At tua, Calliope, grauiora reposcimus omnes
Carmina, Mæonia concinis ipsa tuba.
Magnanimos attolle sonos; cantabitur Heros,
Cui tulerint nullum sæcula prisca parem.
Maior hic Æacide, magnoque Agamemnone maior,
Maior & in Turnum, qui tulit arma, duce.
Cantibus his impar; nisi magnum vincat Homerum,
Ingenium vincat ni, Maro summe, tuum.
Calliope hoc ingens opus est, vel Apolline dignum;
Mortales nullos gloria tanta manet.
Non tamen ad nostrum Musas comitabere flumen
Phœbe, Aganippeus te sine cætus erit.
Maius Apollineo DELPHINI *numine numen,*
Dignius Aonio reddere iura choro.
In Delo Phœbus; Veneta DELPHINVS *in vrbe*
(Quis neget?) in Patria nobiliore satus.
Illi homo, sed superos genitor mentitus honores;
Huic heros: ficti fabula nulla patris.
Aufugit natale solum vix natus Apollo;
Patria DELPHINO *semper amica suo.*
Fatiloquus Phœbus; diuina oracula pandit
DELPHINVS *quoties edit ab ore sonos.*
Cæruleum Pœbus strauit Pithona sagittis,

DEL-

DELPHINO *stygius vindice Pitho obijt.*
Corpora quæ curet medicinæ inuentor Apollo!
DELPINVS *medicam mentibus addit opem.*
Pauerat ille greges; diuini hic pastor ouilis,
Illi Admetus erat, Christus at huic dominus.
Pertulit ille faces, atque igne Cupidinis arsit;
Huius cælesti pectus ab igne flagrat.
Ille pater lucis, solisque auriga putatus;
Plenius hoc tellus irradiante micat.
Spernite Latona genitum iam spernite Musæ,
Mendacemque nefas sit coluisse Deum.
Sit vobis magni DELPHINVS *numinis instar,*
Sit vestri princeps hic, dominusque chori.
DELPHINVM *numeris sit vestra efferre voluptas;*
Aurea DELPHINI *nomen in astra sonet.*
Qui canitur, præbet magnas in carmina vires,
Idem materia, & carminis auctor erit.
Vnanimes igitur saltus date, promite voces,
Plectra mouete, chelyn tangite, ferte choros.
Lætitiæ nullus modus est, nec plausibus vllus
Sic modus, immensum gaudia tempus amant.

De Delphino.


EST leo quod ſyluis, ſuperis Iouis armiger agris,
DELPHINVM *æquoreis nouimus eſſe vadis.*
Ius habet in ſyluas alter, regno alter aperto
Imperat, in cunctas hic dominatur aquas.
Nomen, & omen habes DELPHINI, *maxime Princeps;*
Auſpicium imperij quo potiaris habes.
Non tamen vnda ſatis merito Neptunia regno;
Exigua eſt ſceptris pars eà ſola tuis.
Cunctarum imperio tellus accedat aquarum,
In ſtabili regnes, ac fluitante ſolo:
Virtutem hæc æquant; ſi ſceptra minora dabuntur,
Fortunæ inuidiam cur oneremus erit.



Del-


Delphinus vbi Terram attigit moritur.

Vluit longæuam DELPHINVS *in æquore vitam;*
At procul à vitreis viuere nescit aquis.
Interit, in siccum dum fertur ab impete littus,
Et capit a solido tristia fata solo.
Esse quid hoc dicam? patrias contemnere sedes
Haud licet, vt spreuit, protinus occubuit.
Æquora vel potius maledicto obnoxia nulli,
Dum læsit primus tradita iura parens.
Huic potuit tellus duros producere dumos,
Atque homini tristes gignere iussa lues.
DELPHINVS *nequit esse nocens, ne terra nocentem*
Efficiat, vitam proijcit ille suam.



De eodem.


NOn tibi cum fœdis, Princeps, commercia terris;
Nullis terrarum labibus inficeris.
Astrorum radijs, puraque Hyperionis aura
Vesceris, & totus pectora olympus habet.
Sic Arabes Phœnix inter prognatus odores,
A feretro vitam qui capit ipse suam,
Phœbei nitidis alitur feruoribus orbis,
Sumit & à læto pabula læta die.
Et tuus hoc monstrat DELPHIN, *qui poßidet æquor,*
Longus & in patrijs tempora ducit aquis;
Vt tetigit littus fœdari nescius, vltro
Dum timet à terris ne vitietur, obit.



Del-

Delphinus fere semper in somnis.


INmotu semper; somni fugit otia DELPHIN,
Obrepit sensus irrequieta quies.
Sopitus per aquas sensim delabitur, imo
Donec inhæserunt languida membra mari;
Protinus euigilat, summas petit impiger vndas;
Et resides somni displicuere moræ.
Sic vigil es, Princeps, somno vix peruius vlli,
Irrequieta tibi nox abit, atque dies.
Natura cogente sopor si lapsus in artus,
Vnde animans omnis vitæ alimenta capit;
Mens vigilat, meditatur, agit, sunt, & tibi mores,
Quodque tua ingenium stemmata habere iubent.



Del-

Delphinus Crocodilum interimit.


IN vitreis exultat aquis, nec tristia DELPHIN
Aut homini, aut mutis cætibus arma parat.
Omnibus est insons, Crocodilum in bella lacessit,
Et studet immanem sternere cæde feram.
Subijcit huic dorsum, spina ferit inguen acuta,
Et tandem extincto victor ab hoste redit.
Quã bene DELPHINES *decorant tua stemmata, Princeps,*
Scilicet hi mores explicuere tuos.
Tu Pater, & Princeps, nulli officis, omnibus auspex,
Et solum à nobis ne timeare times.
At scelerum vindex probrosa in crimina sæuis,
E spinam sontes, qua iugulentur, habes.



Del-


Delphinus tempestates maris præsagit, & nautis aperit.

IN mare dum sæuas ventorum Iuppiter iras,
Apparat, & rigidis horrida bella plagis,
Præscius ad littus rapido ruit impete DELPHIN,
Quæritat & tutas in statione moras.
Sic monet & nautas placido non credere ponto,
Fallacesque dolos, bellaque operta docet.
Monstrat vt hic nostram, Princeps clarissime, sortem,
Qui tua Arionius stemmata piscis habet!
Omnia tu reseras discrimina, cuncta recludis
Noxia, quæ nobis sors inimica parat.
Hæc propere vitare iubes; te nulla magistro
Quæ mare, quæ tellus fert mala, obesse queunt.




Delphinus Arionem vehit.

VRget ab insidis mors tristis Ariona nautis,
Cogit & in salsos desiliisse lares:
Exceptum dorso spumosa per æquora DELPHIN
Incolumem ad patriæ littora tuta vehit.
Dignum, qui superi DELPHIN patrimonia mundi
Augeat, & nitidas splendeat inter opes.
Figmentum hoc vatum. tuus hæc miracula DELPHIN,
Antistes, nullo vate canente facit.
Vel mare naufragium, vel terra minetur hiatus,
Officit hoc nullum prospiciente malum.
Si sedem æthereâ quisquam sibi poscat in arce
Piscis; hic æterno sydere dignus erit.




Delphinus vehit Puerum ad ludum litterarium.

E Natat ad littus, puerumque in tergore DELPHIN
Excipit, & tutum per vada salsa vehit.
Baiarum ad ludum ducit, doctamque palæstram,
Perque ipsas iterum ad tecta reducit aquas.
Non trucis ira maris, rapidi non flamina cauri
Assueta possunt continuisse via.
Non Veneris DELPHIN*; Veneri non grata palæstra,*
Syrenum in scopulos imperet illa vehi.
Non est Neptuni; Neptuno ingrata Camæna;
Aut Phœbi, aut doctæ Palladis esse reor.
Aut potius, Princeps, qui doctas diligit artes,
Hunc de DELPHINIS *arbitror esse tuis.*



Delphini pernicitas.


OCyor est DELPHIN, *quam qui secat æthera pennis*
Ales, & inuisos tendit in astra gradus.
Ocyor est arcum propere fugiente sagitta,
Cui profugum præbet territa cerua latus.
Et Boreæ pennas, & aquosos prouocat Euros,
Præpes & igniferi fulminis æquat iter.
Talem poscebant, Princeps, tua stemmata piscem,
Symbola vt ingenium sumeret inde tuum.
Naturæ celeri reserat penetralia cursu,
Abdita rimatur, peruia cuncta patent.
Quis putet? in superos se prouehit vsque penates,
Ipsum etiam assequitur, qui super astra, Deum.



Del-


Delphini pernicitas.

NOn fera, non volucris, non præpetis ala sagittæ
DELPHINI cursum præteriisse queant.
Vix notus anteuolat, tanto ferit impete fluctus,
Et Thetidis salsas itque, reditque vias:
Ingenij docuere tui miracula, Princeps,
Stemmate DELPHINES qui nituere tuo.
Euolat ad superos, celerique per astra meatu
Ducitur, immensos discit vbique lares.
In mare prouehitur, naturam ediscit aquarum,
Abstrusæ ingressum viscera discit humi.
Omnia peruolitat, nulla inuia, & omnia discit
DELPHINI ingenium est; tardius esse nequit.



Delphinus Musica delectatur.

QVis putet? emulcent mutos quoque carmina pisces,
Et capit arguto tibia tacta sono.
Laus ea DELPHINI; mutorum cætera cantus
Turba fugit, dulces nec bibit aure modos.
Sensibus humanis propior declinat in usus
Ingenium humanos à feritate procul.
Non homines lædunt, hominum ducuntur in artes,
Et quæ sunt homini deliciosa petunt.
Humani, Princeps, decorant tua stemmata pisces,
Credo equidem in mores illi abiere tuos.
Te quidquam in terris humanius esse putemus,
A te esse humanæ si didicere feræ?



Del-

Delphinus Muſicam amat.

NEc dociles fari, nec pandere vocibus aures
Credidimus vitreæ Thetidis eſſe greges.
Hinc vetitum ſacras onerari piſcibus aras.
Hoſtia vocis inops, ſurda nec vlla fuit.
DELPHINEM *alliciunt voces, hominemque vocantem*
Dicitur ille maris per vada ſalſa ſequi.
Et dulci capitur cantu cytharæque, lyræque,
Linguaque quod flectat muſica, carmen amat.
Auritum poſcunt, Princeps, tua ſtemmata piſcem,
Audire vt laudes poßit & ille tuas.
Et vocem accipiet; tellus te laudat & æquor;
Te canat vt piſcis debuit eſſe loquax.

Lector errata ſic corrige.

Pagina 6 linea 8 excretur — execretur. Pag. 18 lin. 4 apperimè — apprimè. ibid. lin. 30 retroga — retrogada. Pag. 23 linea 17 intelligere *ſuperfluum*. Pag. 30 lin. 21. pacatus — paratus. Pag. 33 lin. 19 cultos — cultus. Pag. 36 lin. 19 heroribus — heroibus. Pag. 37 lin. 17 nitore — nitorem. Pag. 38 lin. 2 accerſit — accerſi. pag. 48 lin. 19 victns — victus. Pag. 50 lin. 15 Tirij — Tyrij. Pag. 59 lin. 8 paratus — putatus.

